

UC-NRLF


SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
FIAT LVX
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS

QUAESTIONUM PLUTARCHEARUM CAPITA TRIA

AD MARII ET SULLAE VITAS PERTINENTIA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

CONSCRIPSIT

ERNESTUS KIND

GRIMENSIS.

LIPSIAE

TYPIS E. FRETERI.

MDCCCC.

IUSTO HERMANNO LIPSIO

CURTIO WACHSMUTHIO

SACRUM.

I.

Quo fonte Plutarchus in capitibus ad bellum Iugurthinum pertinentibus usus sit.

§ 1.

Quos fontes Plutarchus in conscribendis Marii et Sullae vitis adhibuerit, quamquam semel atque iterum studuerunt indagare viri docti, tamen nonnulli mihi occurrerunt loci, de quibus accuratius disserendum esse censeam. Ac primum quidem in iis capitibus, quae ad bellum Iugurthinum pertinent,[1]) omnia originem ex Sullae commentariis ductam prae se ferre et Kienius[2]) et Peterus[3]) putabant, commoti nimirum consilio, quo illa capita scripta sunt, Mario inimicissimo. Altera ex parte Klebsius[4]) comparatis Sallusti verbis apertum esse contendit ea quae Plutarchus de bello Iugurthino tradat, oriunda esse ex fonte, unde etiam Sallustius hauserit. Consensum autem Plutarchi et Sallusti ita effectum esse, ut Plutarchus Livium secutus sit, qui ex eodem auctore atque Sallustius sua sumpserit. Ac nuperrime Camillus Vitellius[5]) similitudinibus, quae inter Plut-

---

[1]) Mar. c. 7—10, Sull. c. 3. [2]) A. Kiene, *der römische Bundesgenossenkrieg,* Leipzig 1845, p. 233 sq. [3]) H. Peter, *die Quellen Plutarchs in den Biographieen der Römer,* Halle 1865, p. 57 sq, 100 sq. [4]) E. Klebs, *de scriptoribus aetatis Sullanae,* diss. inaug. Berolini 1876, p. 49 sq.

[5]) Cammillo Vitelli, *Note ed Appunti sull' Autobiografia di Lucio Cornelio Silla,* Studi italiani di Filol. class. vol. VI, Firenze-Roma 1898, p. 353 sq.

archum et Sallustium intercedunt, auctis Plutarchum Sallustio, etiamsi non solo, fonte usum esse iudicavit.[1])

Hoc quidem Klebsio et Vitellio concedo artissime inter se cohaerere et Plutarchi et Livii et Sallusti narrationes; at minime necessario inde efficitur, ut Plutarchus e Livio vel Sallustio pendeat: quid enim impedit, quominus et Plutarchum et Livium et Sallustium per se singulos eidem scriptori sua debere existimemus? Supersedeo magna oratione, quoniam tota quaestione tractata, id quod non arroganter dixerim, res ipsa docebit et Klebsium et Peterum et Vitellium vera cum falsis confudisse.

---

§ 2.

Proinde primo loco Sallusti, Livi, Plutarchi expositiones denuo ita comparemus, ut eos locos apponamus, quibus

a) et Plutarchus et Sallustius et Livius simillimis verbis usi sunt.

b) Plutarchus cum Sallustio congruit.

c) Plutarchus eadem eodem modo ac Livius refert.

d) Livii et Sallustii verborum communis origo patet.

Nonnulla iam Peterus l. l. p. 101 adumbravit, alia enumeravit Klebsius, alia Vitellius, nova quaedam addidi ipse. Neque vero puto inutilia a nobis repeti, quoniam nemo totam materiam adhuc ita congessit, ut similitudo quasi ad oculos demonstraretur. Ceterum ne multus sim, plerumque Klebsium solum nominabo, qui Peteri locos in sua ipsius verba receperit.

a. Primum igitur Plutarchi vitae Mari c. 8 medium cum Sall. B. I. c. 64,4 et Cass. Dion. fr. 89,3 prorsus congruere iam Klebsius sibi persuasit. Sed quod hic Plut. Mar. c. 9 in.[2]) cum

---

[1]) Vitellii in expositione „auctoris fortasse consilio" dubium est, quomodo Plutarchus Sallustium exscripserit: ipsumne adierit an aliquem auctorem, qui Sallustio usus erat. Dicit enim p. 357 haec: Qui la somiglianza, non solo di concetto ma anche di forma, è grandissima; e si ha l'impressione che Plutarco traduca Sallustio. P. 356 autem haec scripta videmus: Ma che in Plutarco non si ritrovino tracce (sia pure indirette) della guerra giugurtina di Sallustio, non credo si possa con sicurezza asserire.

[2]) Falso et Peterus et Klebsius c. 8 laudaverunt.

Sall. B. I. c. 84 contulit, scribendo eum lapsum esse verisimile est: nam multo apertius Sall. B. I. c. 86,2 concinit cum Plutarcho; praeterea Klebsium fugit et Val. Max. II, 3,1 et Flor. 1, 36,13 — quo consensu Livium eorum fontem fuisse demonstratur — eandem dilectus capite censorum causam afferre ac Sallustium loco modo commemorato. Postremo arbitror non perperam a me similitudinem aliquam repertam esse Plutarchei capitis noni extr., Sall. B. I. c. 73, 4, Cass. Dion. fr. 89,3.

Plut. Mar. c. 8 med.	Sall. B. J. c. 64, 4.	Cass. Dion. fr. 89, 3.
Καὶ λέγεταί ποτε τοῦ Μαρίου παρόντος οἷον ἐφυβρίζων ὁ Μέτελλος εἰπεῖν· „Σὺ δὴ καταλιπὼν ἡμᾶς, ὦ γενναῖε, πλεῖν ἐπ' οἶκον διανοῇ καὶ παραγγέλλειν ὑπατείαν;	ac postea saepius eadem postulanti fertur dixisse, ne festinaret abire:	*Καὶ μάλισθ' ὅτι ἐλογοποιήθη τὸν Μέτελλον παριεμένῳ τότε πρὸς τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ Μαρίῳ εἰπεῖν·*
οὐ γὰρ ἀγαπήσεις, ἂν τῷμῷ παιδὶ τούτῳ συνυπατεύσῃς; Ἦν δὲ ὁ παῖς τότε τοῦ Μετέλλου παντάπασι μειράκιον."	satis mature illum cum filio suo consulatum petiturum. Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter viginti.	*ὅτι ἀγαπᾶν ὀφείλεις, ἂν μετὰ τοῦ υἱέος μου, μειράκιον δὲ ἐκεῖνος ἦν, ὑπατεύσῃς.*

Plut. Mar. c. 9 in.	Sall. B. J. c. 86, 2.	Val. Max. II, 3, 1.
Ἀναγορευθεὶς δὲ λαμπρῶς εὐθὺς ἐστρατολόγει παρὰ τὸν νόμον καὶ τὴν συνήθειαν πολὺν τὸν ἄπορον καὶ δοῦλον καταγράφων, τῶν πρόσθεν ἡγεμόνων οὐ προσδεχομένων τοὺς τοιούτους, ἀλλ', ὥσπερ ἄλλο τι τῶν καλῶν, τὰ ὅπλα μετὰ τιμῆς τοῖς ἀξίοις νεμόντων,	Ipse interea milites scribere non more maiorum neque ex classibus, sed uti cuiusque lubido erat, capite censos plerosque. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem consulis memorabant, quod ab eo genere celebratus auctusque erat, et homini potentiam quaerenti egentissimus quisque opportunissimus, cui	Sed hanc diutina usurpatione formatam consuetudinem C. Marius capite censum legendo militem abrupit, civis alioqui magnificus, sed novitatis suae conscientia vetustati non sane propitius memorque, si militaria signa humilitatem spernere perseverarent, se a maligno virtutum interprete velut capite censum impera-

ἐνέχυρον τὴν οὐσίαν ἑκάστου τιθέναι δοκοῦντος.

neque sua cara, quippe quae nulla sunt, et omnia cum pretio honesta videntur.

torem compellari posse. Itaque fastidiosum dilectus genus in exercitibus Romanis oblitterandum duxit, ne talis notae contagio ad ipsius quoque gloriae subgillationem penetraret.

Flor. I, 36, 13 (III, 1.): Postremo Marius auctis admodum copiis, cum pro obscuritate generis sui capite censos sacramento adegisset. . . .

Plut. Mar. c. 9 extr.

Ταῦτα δὲ οὐ κενῶς οὐδὲ ἀλαζονικῶς ἔλεγεν οὐδὲ μάτην ἀπεχθάνεσθαι τοῖς δυνατοῖς βουλόμενος, ἀλλ' ὁ δῆμος αὐτὸν ἡδόμενός τε τῇ βουλῇ προπηλακιζομένῃ καὶ λόγον κόμπῳ μετρῶν ἀεὶ φρονήματος μέγεθος, ἐξεκούφιζε καὶ συνεξώρμα μὴ φείδεσθαι τῶν ἀξιολόγων χαριζόμενον τοῖς πολλοῖς.

Sall. B. J. c. 73, 4.

Imperatori nobilitas, quae antea decori fuit, invidiae esse; at illi alteri generis humilitas favorem addiderat: ceterum in utroque magis studia partium quam bona aut mala sua moderata.

Cass. Dion. fr. 89, 3.

ὅτι τὸν Μέτελλον καὶ δι' ἐκεῖνο ῥᾷον διαβαλεῖν ὁ Μάριος ἠδυνήθη, ὅτι ὁ μὲν ἔν τε τοῖς εὐπατρίδαις ἐξητάζετο καὶ τὰ τοῦ πολέμου ἄριστα διεχείριζεν, αὐτὸς δὲ ἐξ ἀφανεστάτου καὶ ἀδηλοτάτου ἐς τὸ μέσον παριέναι ἤρχετο, οἱ γὰρ πολλοὶ ἑτοίμως τὸν μὲν ὑπὸ τοῦ φθόνου καθῄρουν, τὸν δὲ πρὸς τὰς ἐπαγγελίας ηὖξον.

b. Secundo loco quaerentibus, quaenam inter Sallustium solum et Plutarchum ratio intercedat, nobis id animadvertendum est neutrum esse compilatorem ex more Diodori vel Athenaei, neutrum fontis sui verbis addictum esse, neutrum mente ac consilio carere. Itaque si plerisque in rebus prorsus, in paucis haud ita ad verba consentiunt, non dubitandum est, quin eiusdem auctoris vestigia sectentur. Maxima igitur similitudo invenitur his locis:

Plut. Mar. c. 7

τῶν ἀπὸ στρατοπέδου τοῖς οἴκοι γραφόντων, ὡς οὐκ ἔστι πέρας οὐδὲ ἀπαλλαγὴ τοῦ πρὸς τὸν βάρβαρον πολέμου μὴ Γάϊον Μάριον ἑλομένοις ὕπατον.

Sall. B. J. c. 65, 4

alios ipse, plerosque pacis spes inpellit, uti Romam ad necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Marium imperatorem poscant. (cf. Klebs. p. 49).

Plut. Mar. c. 9

Οὐ μὴν ταῦτά γε μάλιστα διέβαλε τὸν Μάριον, ἀλλ' οἱ λόγοι θρασεῖς ὄντες ὑπεροψίᾳ καὶ ὕβρει τοὺς πρώτους ἐλύπουν, σκῦλόν τε βοῶντος αὐτοῦ τὴν ὑπατείαν φέρεσθαι τῆς τῶν εὐγενῶν καὶ πλουσίων μαλακίας καὶ τραύμασιν οἰκείοις πρὸς τὸν δῆμον, οὐ μνήμασι νεκρῶν οὐδὲ ἀλλοτρίαις εἰκόσι νεανιεύεσθαι.

Πολλάκις δὲ καὶ τοὺς ἀτυχήσαντας ἐν Λιβύῃ στρατηγούς, τοῦτο μὲν Βηστίαν, τοῦτο δὲ Ἀλβῖνον .... ὀνομάζων, ἐπυνθάνετο τῶν παρόντων, εἰ μὴ καὶ τοὺς ἐκείνων οἴονται προγόνους αὐτῷ μᾶλλον ἂν εὔξασθαι παραπλησίους ἐκγόνους ἀπολιπεῖν, ἅτε δὴ μηδὲ αὐτοὺς δι' εὐγένειαν, ἀλλ' ὑπ' ἀρετῆς καὶ καλῶν ἔργων ἐνδόξους γενομένους.

Sall. B. J. c. 84, 1

Marius antea iam infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare, singulos modo modo univorsos laedere, dictitare sese consulatum ex victis illis spolia cepisse. (cf. Klebs. p. 49 sq. Vitell. p. 357).

c. 85, 29: non possum fidei causa imagines neque triumphos aut consulatus maiorum meorum ostentare, at, si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona, praeterea cicatrices advorso corpore.

c. 85, 16: ac si iam ex patribus Albini aut Bestiae quaeri posset, mene an illos ex se gigni maluerint, quid responsuros creditis, nisi sese liberos quam optumos voluisse? Quodsi iure me despiciunt, faciant idem maioribus suis, quibus, uti mihi, ex virtute nobilitas coepit.

Plut. Mar. c. 8

ἔθυε πρὸ τοῦ πλοῦ. Καὶ λέγεται τὸν μάντιν εἰπεῖν, ὡς ἀπίστους τινὰς τὸ μέγεθος καὶ κρείττονας ἐλπίδος ἁπάσης εὐπραξίας προφαίνοι τῷ Μαρίῳ τὸ δαιμόνιον.

Sall. B. J. c. 63, 1.

Per idem tempus Uticae forte C. Mario per hostias dis supplicanti magna atque mirabilia portendi haruspex dixerat: proinde quae animo agitabat, fretus dis ageret, fortunam quam saepissume experiretur, cuncta prospere eventura.

Sed hoc loco, quamquam uterque scriptor Marium Uticae rem divinam fecisse narrat, tamen apud Plutarchum Marius sacrificat, postquam a Metello dimissus est, apud Sallustium haruspicis praesagio impulsus missionem rogat. Quam differentiam ita ortam esse fortasse recte putaverimus, ut Sallustius crimen, quod Mario factum erat, ingrati adversus Metellum animi non solum contumeliosis illis Metelli verbis (B. I. c. 64,4), sed etiam necessitate quadam divina, si non dissolvere, at tamen explicare studuerit.[1]) Eadem erga Marium benevolentia adductus Sallustius c. 73,7, quomodo Marius consul factus sit, aliter ac Plutarchus c. 8 extr. describit:

καὶ προαχθεὶς ὑπό τινος τῶν δημάρχων εἰς τὸ πλῆθος, ἐπὶ πολλαῖς κατὰ τοῦ Μετέλλου διαβολαῖς ᾐτεῖτο τὴν ἀρχήν, ὑπισχνούμενος ἢ κτενεῖν ἢ ζῶντα λήψεσθαι τὸν Ἰογόρθαν. c. 10 *Ἀναγορευθεὶς δὲ λαμπρῶς....*

populus a tribuno plebis T. Manlio Mancino rogatus, quem vellet cum Jugurtha bellum gerere, frequens Marium iussit.

cf. c. 84, 1 cupientissuma plebe consul factus.

Nota vero illi fuisse promissa ab hoc laudata apparet ex B. I. c. 65,3: ‚si Iugurtha captus aut occisus foret, imperium Numidiae sine mora habiturum; id adeo mature posse evenire, si ipse consul ad id bellum missus foret.'

Denique singulae res singulis rebus respondent

Plut. Mar. c. 8

Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦ Μαρίου σπουδάζοντος ἀφεθῆναι πολλὰς ἀναβολὰς ποιησάμενος... ἐπὶ τὴν τῶν ὑπάτων ἀνάδειξιν ἀφῆκεν αὐτόν.

Sall. B. J. c. 64, 3.

respondit, ubi primum potuisset per negotia publica facturum sese quae peteret. Ac postea saepius eadem postulanti . . . . .

c. 73, 2 Marium fatigantem de profectione. . . . . . domum dimittit.

---

[1]) cf. Vitelli, l. l. p. 356 n. 2: 'È probabile che Sallustio, tutto intento a cogliere e mostrare in Mario i vari moventi psicologici, non si facesse scrupolo di commettere un' inesattezza nella indicazione del tempo in cui questo fatto sarebbe avvenuto.

Plut. Mar. c. 10 in.

Ὡς δὲ διέπλευσεν εἰς Λιβύην, Μέτελλος μὲν ἥττων τοῦ φθόνου γενόμενος καὶ περιπαθῶν, ὅτι κατειργασμένον τὸν πόλεμον αὐτοῦ καὶ μηδὲν ὑπόλοιπον ἢ τὸ σῶμα τοῦ Ἰουγούρθα λαβεῖν ἔχοντος ἥκει Μάριος ἐπὶ τὸν στέφανον καὶ τὸν θρίαμβον ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀχαριστίας ηὐξημένος, οὐχ ὑπέμεινεν εἰς τὸ αὐτὸ συνελθεῖν, ἀλλ' αὐτὸς μὲν ὑπεξεχώρησε, Ῥουτίλιος δὲ τὸ στράτευμα τῷ Μαρίῳ παρέδωκε, πρεσβευτὴς γεγονὼς τοῦ Μετέλλου.

Sall. B. J. c. 86, 4

Igitur Marius cum aliquanto maiore numero, quam decretum erat, in Africam profectus paucis diebus Uticam advehitur.

c. 82, 3 quod iam parta victoria ex manibus eriperetur. c. 86, 4 Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato. Nam Metellus conspectum Mari fugerat, ne videret ea quae audita animus tolerare nequiverat.

Plut. Mar. c. 8

[Τουρπίλλιος] ἦν μὲν ἐκ πατέρων ξένος τῷ Μετέλλῳ καὶ τότε τὴν ἐπὶ τῶν τεκτόνων ἔχων ἀρχὴν συνεστράτευε· φρουρῶν δὲ Βάγαν, πόλιν μεγάλην, καὶ τῷ μηδὲν ἀδικεῖν τοὺς ἐνοικοῦντας, ἀλλὰ πρᾴως καὶ φιλανθρώπως αὐτοῖς προσφέρεσθαι πιστεύων, ἔλαθεν ὑποχείριος τοῖς πολεμίοις γενόμενος.

Παρεδέξαντο γὰρ τὸν Ἰουγούρθαν, τὸν δὲ Τουρπίλλιον οὐδὲν ἠδίκησαν, ἀλλὰ σῷον ἐξαιτησάμενοι διῆκαν. Ἔσχεν οὖν αἰτίαν προδοσίας· καὶ παρὼν ὁ Μάριος τῇ κρίσει σύμβουλος αὐτός τε οἱ πικρὸς ἦν καὶ τῶν ἄλλων παρώξυνε τοὺς

Sall. B. J. c. 66, 3

[Vagenses ubi tempus fuit, centuriones tribunosque militaris] et ipsum praefectum oppidi T. Turpilium Silanum alius alium domos suas invitant, eos omnis praeter Turpilium obtruncant.

c. 67, 3 Turpilius praefectus unus ex omnibus Italicis intactus profugit.

c. 69, 4 iussus a Metello causam dicere

Appian. Num. fr. 3

τὸν φρούραρχον Τουρπίλιον, ἄνδρα Ῥωμαῖον,

πλείστους, ὥστε ἄκοντα τὸν Μέτελλον ἐκβιασθῆναι καὶ καταψηφίσασθαι θάνατον τοῦ ἀνθρώπου. Μετ' ὀλίγον δὲ τῆς αἰτίας ψευδοῦς φανείσης οἱ μὲν ἄλλοι συνήχθοντο ...., Μάριος δὲ κτλ.

postquam sese parum expurgat, condemnatus verberatusque capite poenas solvit.

οὐκ ἀνυπόπτως ἑαυτὸν ἐγχειρίσαντα τοῖς πολεμίοις, ἐπαπέκτεινε τῇ βουλῇ.

Sallusti et Plutarchi narrationes h. l. non esse diversas et Klebsius p. 50 et Vitellius p. 358 contra Peteri sententiam monuere. Culpam enim Turpilii haud ita firmissimis argumentis evictam esse intellegimus cum ex Sallusti ‚postquam sese parum expurgat' et Appiani — quem Sallusti ceterorumque simillimum esse postea demonstrabimus — ‚*οὐκ ἀνυπόπτως*' tum ex eo, quod Sallustius, quare permoti Vagenses Turpilio pepercerint, in incerto relinquit: c. 67,3 ‚id misericordiane hospitis an pactione aut casu ita evenerit, parum comperimus: nisi quia illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit, inprobus intestabilisque videtur.' Ea vero, ‚quae' — ut Klebsi verbis utar — ‚ab optimatibus in Marium dicta erant, omisit Sallustius' eodem — quod iam supra commemoravimus — Marii studio adductus.

c. Tertio loco Livium solum a Plutarchi oratione non esse alienum ut cognoscas, conferas haec:

Plut. Mar. c. 10

αὐτός τε Σύλλας σφραγῖδα ποιησάμενος ἐφόρει γλυφὴν ἔχουσαν ἐγχειριζόμενον ὑπὸ τοῦ Βόκχου τὸν Ἰουγούρθαν ἑαυτῷ. Καὶ ταύτῃ χρώμενος ἀεὶ διετέλει.

Plut. Sull. c. 3

Σύλλας εἰς τοῦτο φιλοτιμίας προῆλθεν, ὥστε γλυψάμενος ἐν δακτυλίῳ φορεῖν εἰκόνα τῆς πράξεως, καὶ ταύτῃ γε χρώμενος ἀεὶ διετέλεσεν. Ἦν δὲ ἡ γραφὴ Βόκχος μὲν παραδιδούς, Σύλλας δὲ παραλαμβάνων τὸν Ἰογόρθαν.

Val. Max. VIII, 14, 4

L. autem Sulla .... Jugurthae a Boccho rege ad Marium perducti totam sibi laudem tam cupide adseruit, ut anulo, quo signatorio utebatur, insculptam illam traditionem haberet.

d. Postremo Livius eadem eodem modo ac Sallustius refert hoc loco:

Cass. Dion. fr. 89, 4

Ὅτι τῷ Μετέλλῳ ἤχθετο ὁ Γαύδας, ὅτι μήτε τοὺς αὐτομόλους μήτε φρουρὰν στρατιωτῶν Ῥωμαίων αἰτήσας παρ' αὐτοῦ ἔλαβεν, ἢ καὶ ὅτι ἐγγὺς αὐτοῦ οὐκ ἐκαθέζετο, ὅπερ ὡς πλήθει τοῖς τε βασιλεῦσι καὶ τοῖς δυνάσταις παρὰ τῶν ὑπάτων ἐδίδοτο.

Sall. B. J. c. 65, 2

cui (sc. Gaudae) Metellus petenti more regum ut sellam iuxta poneret, item postea custodiae causa turmam equitum Romanorum, utrumque negaverat: honorem, quod eorum more foret, quos populus Romanus reges adpellavisset, praesidium, quod etc.

§ 3.

Quoniam Plutarchum vidimus Marii capite septimo extremo, capitibus octavo et nono totis, capite decimo (exceptis legationibus a Boccho et Mario missis) cum Sallustio et Livio ad verbum fere congruere, nunc anquiramus, ex quonam fonte sua deprompserint.

Nondum adhuc occasio data est initii capitis septimi cum aliquo scriptore comparandi; quae occasio nobis offertur Diodori fragmento 38 librorum 34 et 35. Atque haec est, quam quaerimus, ansa fontis indagandi. Nam si nobis contigerit, ut Plutarchum, Sallustium, Livium demonstremus consentire cum Diodoro, quem inde ab anno a. Chr. n. centesimo quadragesimo sexto Posidonii vestigia pressisse Wilmsi[1]) et Busolti[2]) quaestionibus satis constat, facere non poterimus, quin ab illis omnibus Posidonii historias in usum vocatas esse censeamus.

[1]) A. Wilms, *über die Quellen für die Geschichte des ersten Sklavenkrieges,* Hamburg 1885. [2]) G. Busolt, *quellenkritische Beiträge zur Geschichte der römischen Revolutionszeit*, in Fleckeiseni Annalibus 1890, p. 321 sq. et p. 405 sq.

a. Plutarchi igitur Mar. c. 7 et Diodori fragm. 38 iuxta componenda sunt; qua in re Plutarchi secuti expositionem Diodoreorum verborum ordinem immutavimus.

Plut. Mar. c. 7	Diod. fr. 38
Ἐπεὶ δὲ Κεκίλιος Μέτελλος ἀποδειχθεὶς ἐπὶ τὸν κατὰ Ἰουγούρθα πόλεμον ὕπατος στρατηγὸς εἰς Λιβύην ἐπηγάγετο πρεσβευτὴν Μάριον, ἐνταῦθα πράξεων μεγάλων καὶ λαμπρῶν ἀγώνων ἐπιλαβόμενος τὸ μὲν αὔξειν τὸν Μέτελλον, ὥσπερ οἱ λοιποί, καὶ πολιτεύεσθαι πρὸς ἐκεῖνον εἴασε χαίρειν, ἀξιῶν δὲ οὐχ ὑπὸ Μετέλλου κεκλῆσθαι πρεσβευτής, ὑπὸ δὲ τῆς τύχης εἰς εὐφυέστατον καιρὸν ὁμοῦ καὶ μέγιστον εἰσάγεσθαι πράξεων θέατρον ἐπεδείκνυτο πᾶσαν ἀνδραγαθίαν.	*Ὅτι ὁ Μάριος εἷς ὢν τῶν συμβούλων καὶ τῶν πρεσβευτῶν* *ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ παρεθεωρεῖτο, ταπεινότατος ὢν τῶν πρεσβευτῶν τῇ δόξῃ· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τοῖς ἀξιώμασι καὶ ταῖς εὐγενείαις ὑπερέχοντες μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύγχανον ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ, οὗτος δὲ δοκῶν γεγονέναι δημοσιώνης καὶ τὰς ὑποδεεστέρας ἀρχὰς μόγις εἰληφὼς ἐν ταῖς εἰς δόξαν προαγωγαῖς παρεθεωρεῖτο.*
Καὶ πολλὰ τοῦ πολέμου δυσχερῆ φέροντος οὔτε τῶν μεγάλων τινὰ πόνων ὑποτρέσας οὔτε τῶν μικρῶν ἀπαξιώσας, ἀλλὰ τοὺς μὲν ὁμοτίμους εὐβουλίᾳ καὶ προνοίᾳ τοῦ συμφέροντος ὑπερβαλλόμενος,	*Οὗτος δὲ πρὸς τοὺς ἐν ταῖς μάχαις κινδύνους πολλάκις ἡγεμὼν ἐκπεμπόμενος τὴν μὲν ἐκ τούτων ἀτιμίαν προσεποιεῖτο, ὁμοίως δὲ αὐτὸν εἰς τὰς τοιαύτας λειτουργίας ἐπιδιδοὺς πολλὴν ἐμπειρίαν περιεποιήσατο τῶν πολεμικῶν ἔργων.*
πρὸς δὲ τοὺς στρατιώτας ὑπὲρ εὐτελείας καὶ καρτερίας διαμιλλώμενος εὔνοιαν ἔσχε πολλὴν παρ' αὐτοῖς. Ὅλως κτλ.	*Ἐπιεικῶς δὲ τοῖς στρατιώταις προσφερόμενος, καὶ ταῖς δωρεαῖς καὶ ταῖς ὁμιλίαις καὶ συμπεριφοραῖς κεχαρισμέναις τοῖς ὑποτεταγμένοις χρώμενος, μεγάλην εὔνοιαν ἐν τοῖς στρατιώταις περιεποιήσατο.*
Οὐ γὰρ οὕτως τοὺς τιμῆς καὶ χρημάτων μεταδιδόντας, ὡς τοὺς πόνου καὶ κινδύνου μεταλαμβάνοντας ἡγεμόνας θαυμάζουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀγαπῶσι τῶν ῥᾳθυμεῖν ἐπιτρεπόντων τοὺς συμπονεῖν ἐθέλοντας.	*Καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἕκαστος περιφεύγων πᾶσαν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις κακοπάθειαν ᾑρεῖτο τὴν ῥᾳθυμίαν καὶ ῥαστώνην.*

Ταῦτα πάντα ποιῶν ὁ Μάριος καὶ διὰ τούτων τοὺς στρατιώτας δημαγωγῶν, ταχὺ μὲν ἐνέπλησε τὴν Λιβύην, ταχὺ δὲ τὴν Ῥώμην ὀνόματος καὶ δόξης.

Ὢν δὲ εὐφυὴς πρὸς ἀγῶνας καὶ κινδύνους καὶ τούτους ὑπομένων προθύμως, ταχὺ μεγάλην ἐκτήσατο δύναμιν καὶ δόξαν ἐπ' ἀνδρείᾳ; item *Πάντες γὰρ τῆς εὐεργεσίας χάριν ἀποδιδόντες ἐν ταῖς μετὰ τούτου μάχαις φιλοτιμότερον ἠγωνίζοντο, συναύξοντες αὐτοῦ τὴν ἡγεμονίαν.*

Intellegis in rebus ipsis Plutarchum cum Diodoro congruere quam optime, cum uterque Mario cum Metello nobilibusque inimicitias quasdam intercessisse significet, cum uterque Marium et militem strenuum et ducem propter singularem humanitatem atque comitatem vulgo militum maxime acceptum fuisse tradat. Sed sunt nihilosetius quaedam discriminum differentiarumque tenuitates. Apud Diodorum enim Metellus agit, Marius patitur, vel, ut planius dicam, Marius inveterata quadam optimatium opinione et superbia opprimitur; apud Plutarchum Marius agit, Metellus patitur, vel planius, Marius inde a principio Metelli gratiam aucupari — id quod reliqui faciunt — non curat. Neque tamen ea diversitas tanta est, ut ex ipso utriusque scriptoris consilio non possit explicari. Nam cum Posidonio, utpote qui historias scriberet, non liceret Mario legato imponere personam principis, Plutarchi, ut vitarum scriptoris, multum intererat eum, cuius vitam expositurus erat, quam maxime agentem introducere. Sed restat una difficultas a Kienio laudata, qui ducis militisque summis virtutibus verbo *δημαγωγῶν* speciem quandam iactationis popularis conciliari dixit; quam difficultatem Vitellius p. 358 comparatis Sallusti verbis tollere frustra studuit.[1]) Neque enim fieri potest, ut *δημαγωγῶν* ita interpretemur, quomodo Vitellius interpretatus est, quoniam *δημαγωγεῖν* in militia semper deteriore a Plutarcho accipi notione Wyttenbachius (Plut. Moral. Tom. VI p. 252 de aud. poet. p. 26 C) docuit. Tamen

[1]) Vit. l. l. L'entusiasmo di Plutarco giunge a tal segno da fargli dire che Mario colle sue virtù *τοὺς στρατιώτας δημαγωγῶν κτλ.* Di ben altra *δημαγωγία* si sarebbe servito Mario, secondo Sallustio.

non est, cur desperemus. Quid? ipse Vitellius[1]) brevitatis studium his capitibus manifestum esse nonne concessit? Videmusne porro, ut apud Sallustium c. 64 et 65 artes populares a Mario adhibitae describantur, antequam ea verba sequantur, quae Plutarchi capiti 7 extremo simillima esse p. 9 demonstravimus? Ea igitur inter Sallustium et Plutarchum ratio intercedit, ut e Sallustio demum Plutarchi *δημαγωγῶν* quam brevissime dictum perspiciamus, ut intellegamus equites Romanos, milites, negotiatores non solum sua sponte — id quod e Plutarchi solius verbis aliquis suspicetur —, sed etiam Marii sermonibus concitatos Romam scripsisse. Neque tantum brevitatis studio commotus Plutarchus haec omnia omisit, sed etiam alteram ob causam, quam ex his Vitelli verbis cognoscimus: p. 360 in un biografo moralista come Plutarco nulla di più frequente del veder trascurata l'attività militare dei suoi eroi. Plutarchus ergo, quod exempla hominum quam optima edere volebat, turpem illam ducis adulantis et donis corrumpentis imaginem libenter verbo adumbravit. Sed ut ad Diodorum revertamur, etiam in exiguis illis Posidonii historiarum reliquiis expressa illius *δημαγωγίας* vestigia invenimus; cf. praecipue *καὶ ταῖς δωρεαῖς καὶ ταῖς ὁμιλίαις καὶ συμπεριφοραῖς κτλ.* et ea verba, quae in comparatione exscripsi postrema.

Itaque pro certo habeo caput septimum Plutarchi nec non Sallusti verba, quae respondent, Posidonio attribuenda esse.

b. Jam conferenda sunt Diodori fragmenta cum Sallustii bello Jugurthino. Evolvamus primum Diodori fragmentum 31.

Diod. fr. 31	Sall. B. J.
Ὅτι κατὰ τὴν Λιβύην παραταξαμένων ἀλλήλοις τῶν βασιλέων Ἰογόρθας κρατήσας τῇ μάχῃ πολλοὺς ἀνεῖλε τῶν Νομάδων.	c. 21, 2 Interim haud longe a mari prope Cirtam oppidum utriusque exercitus consedit et, quia diei extremum erat, proelium non inceptum: sed ubi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine

[1]) p. 361 lo studio di brevità, evidente in questi capitoli di Plutarco.

milites Jugurthini signo dato castra hostium invadunt; semisomnos partim, alios arma sumentis fugant funduntque;

Ὁ δὲ Ἀτάρβας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καταφυγὼν εἰς Κίρταν καὶ συγκλεισθεὶς εἰς πολιορκίαν ἐξαπέστειλε πρεσβευτὰς εἰς Ῥώμην μὴ περιιδεῖν βασιλέα φίλον καὶ σύμμαχον κινδυνεύοντα.

Adherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit.

c. 21, 3 igitur Jugurtha oppidum circumsedit.

c. 21, 3 maxume festinans tempus legatorum antecapere, quos ante proelium factum ab Adherbale missos audiverat.

c. 23, 2 Adherbal ex eis, qui una Cirtam profugerant, duos maxume impigros delegit.

Ἡ δὲ σύγκλητος ἔπεμψε πρέσβεις λύειν τὴν πολιορκίαν.

c. 21, 4 Sed postquam senatus de bello eorum accepit, tres adulescentes in Africam legantur, qui ambos reges adeant, senatus populique Romani verbis nuntient: velle et censere eos ab armis discedere, de controversiis suis iure potius quam bello disceptare: ita seque illisque dignum esse. Legati in Africam maturantes veniunt eo magis, quod Romae, dum proficisci parant, de proelio facto et oppugnatione Cirtae audiebatur: sed is rumor clemens erat.

Οὐ προσέχοντος δὲ Ἰογόρθα πάλιν ἑτέρους ἔπεμψαν ἀξίωμα μεῖζον ἔχοντας.

c. 22, 2–5.

c. 25, 4 legantur tamen in Africam maiores natu nobiles, amplis honoribus usi.

Ὁμοίως δὲ καὶ τούτων ἀπράκτων ἐπανελθόντων,

c. 25, 11 Multa tamen oratione consumpta legati frustra discessere.

ὁ Ἰογόρθας περιταφρεύσας τὴν πόλιν ἐνδείᾳ κατεπόνησε τοὺς ἐν τῇ πόλει,

c. 23, 1 Jugurtha vallo atque fossa moenia circumdat. c. 23, 2 penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse.

τὸν δὲ ἀδελφὸν ἐξελθόντα μεθ' ἱκετηρίας, καὶ τῆς μὲν βασιλείας ἐξιστάμενον, τὸ δὲ ζῆν αἰ-

τούμενον, ἀπέσφαξεν, οὐκ ἐντραπεὶς οὔτε συγγένειαν οὔτε τὸν τῆς ἱκεσίας νόμον. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν Ἰταλῶν τοὺς συμμαχήσαντας τἀδελφῷ πάντας αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν.

c. 26, 1 tantum ab eo vitam paciscatur.

c. 26, 3 Jugurtha inprimis Adherbalem excruciatum necat, deinde omnis puberes Numidas atque negotiatores*) promiscue, uti quisque armatus obvius fuerat, interficit.

*) c. 26, 1 Italici, quorum virtute moenia defensabantur.

Primo quidem obtutu harum narrationum alteram ab altera abhorrere aliquis arbitretur, cum Diodorus κρατήσας τῇ μάχῃ praebeat, proelium neget inceptum Sallustius c. 21, 2. Sed ex Sall. B. I. c. 21, 3 et c. 22, 1 manifestum est impetum illum nocturnum a Sallustio quoque proelium nominari. Porro dixerit quis apud Diodorum Adherbalis legatos post proelium factum, apud Sallustium c. 21, 3 ante proelium commissum ire iussos esse. Hunc quoque scrupulum evellimus paragrapho secunda c. 23 in usum vocata, ubi duos quam maxime impigros ab Adherbale Romam missos esse scriptum videmus. Ceterum hoc semper monendum est haec fragmenta excerpta esse e Diodoro, qui ipse Posidonii scrinia compilaverit. Proinde ne miremur a librario[1]) brevitatis causa Diodori expositionem adeo perturbatam esse, ut secundam solam Adherbalis legationem commemoraret, Romanorum utramque e Diodoro exscriberet. At dixerit quispiam apud Diodorum priores Romanorum legatos missos esse, ut Cirtam obsidione liberarent,[2]) itaque necessario etiam priores Adherbalis legatos obsidione incepta Africa decessisse existimandos esse. Quid? Nonne etiam apud Sallustium c. 22, 1 Romae de proelio facto et oppugnatione Cirtae audiebatur? Nihil igitur habes in hoc fragmento, quod a Sallustio discrepet.

Pergamus ad fragmentum 35.

---

[1]) cf. C. Wachsmuth, *Einl. i. d. Stud. der alten Gesch.* p. 71 „und gar die Einzelausführung blieb offenbar ganz untergeordneten Schreibern ohne revidierende Kontrolle überlassen."

[2]) *λύειν τὴν πολιορκίαν.*

Diodor. XXXV. fr. 35

Ὅτι Μικίψας ὁ Μασσανάσσου υἱὸς τοῦ Νομάδων βασιλέως εἶχε καὶ ἄλλους υἱοὺς πλείους, μάλιστα δὲ προτετιμημένους Ἀτάρβαν, τὸν πρεσβύτατον τῶν παίδων, καὶ Ἰάμψαμον καὶ Μικίψαν. Ὃς ἐπιεικέστατος τῶν κατὰ Λιβύην βασιλέων γενόμενος, καὶ πολλοὺς τῶν πεπαιδευμένων Ἑλλήνων μεταπεμπόμενος, συνεβίου τούτοις. Πολλὴν δὲ ἐπιμέλειαν ποιούμενος παιδείας, μάλιστα δὲ φιλοσοφίας, ἐνεγήρασε τῇ δυναστείᾳ καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ.

Sall. B. J.

c. 5, 6. Dein Micipsa filius (sc. Masinissae) regnum solus obtinuit.

c. 5, 7. Is Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit.

Hoc in fragmento ante omnia magnus, quo Wesselingius[1]) tenetur, error amputandus est. Nam ex eo, quod vir ille doctus *ὃς ἐπιεικέστατος* verbis'qui quidem postremus' convertit, Micipsam Micipsae filium eius animo obversatum esse in aperto est. Sed quod nunquam accepimus alterum Micipsam regem Numidiae fuisse, luce clarius est pronomen relativum ad Micipsam patrem referendum esse, nota ergo quam validissima post *Μικίψαν* esse distinguendum. Ceterum totam hanc rem silentio praeterissem, nisi Ludovicus Dindorfius, quamquam in maiore Diodori editione[2]) puncto usus erat, calami fortasse lapsu in editione minore[3]) comma posuisset. Sed alia et illa quidem graviora nobis dicenda sunt. Suo enim iure Wesselingius l. l. p. 351 mirum esse censet Sallustium in liberis Micipsae describendis occupatum de hoc Micipsa prorsus tacuisse belli Jugurthini capite quinto. Nec mehercule in ullo Graecarum Latinarumque litterarum monumento, quamvis sedulo quaesiveris, Micipsam istum natu minorem iterum reperies memoratum. Accedit, ut Dindorfius *πρεσβύτατον* editionis suae minoris mera coniectura assecutus esse videatur; nam et ipse in maioré editione et Wesselingius exhibent *πρεσβύτερον* nulla varia addita

[1]) *Diod* ex recens. Petri Wesselingii 1809 vol. X p. 138.

[2]) *Diod* ex recens. Ludov. Dindorfii vol. II, 2 1829 p. 149. [3]) *Diod.* ex recens. Ludov. Dindorfii vol. V 1868 p. 118.

lectione: ex quo apparet de duobus hominibus esse cogitandum His igitur causis adductus verba καὶ Μικίψαν ut glossema eicio. Poterat enim fieri, ut aliquis dubitaret, utrum pronomine ὃς Hiempsal, quem litterarum studiosum fuisse e Sall. B. J. c. 17, 7[1]) dilucet, an Micipsa significaretur. Quam dubitationem ut tolleret, grammaticus quidam, quippe qui non Hiempsalem, sed Micipsam in regno consenuisse sciret, Μικίψας suprascripsit; postea vero hoc glossema, a librario non iam intellectum, in ipsius scriptoris verba irrepsit. Videmus igitur etiam hoc loco a Diodoro eadem narrari atque a Sallustio. Noli enim id premere, quod Diodorus ἄλλους υἱοὺς πλείους, Sallustius duos illos solos laudat; nam hic res Numidiae summatim expositurus tantum Diodori μάλιστα προτετιμημένους nominat.

c. Restant duo Diodori fragmenta 35 a et 39. De quibus antequam disseramus, Appiani oportet comparemus reliquias libri Numidici. Iam Kuyperus[2]) cognovit inveniri in his quaedam, quae nobis in memoriam revocent locos quosdam Sallustii. Confer ea, quae apposuit exempla, p. 12—13. At tamen, quare Sallustium Appiani auctorem reiciat, quinque affert causas. Ne ego quidem Appianum e Sallustio hausisse mihi persuasi, at Sallustium alia, alia Appianum sive eius fontem ex eodem auctore excerpsisse pro certo habeo. Nam eas, quas Kuyperus sibi finxit, dubitationes statim tollemus. Primam igitur dubitationem[3]) non intellego, cum Appiani verbo ἀφικομένου Sallusti ‚pervenit‘ respondeat; nec difficilius est removere secundam[4]), quoniam legati non, ut Kuyperus eum locum intellexisse videtur, quinque diebus, postquam Marius Cirtam pervenerat, sed quinque diebus, postquam barbari iterum male pugnaverant, Cirtam venerunt; itaque quid impedit, quominus legatos paulo

---

[1]) „ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur.“

[2]) Kuyper, *de fontib. Plut. et App. in vita Sullae enarranda,* Diss. inaug. Traiecti ad Rh. 1882.

[3]) p. 14 Appianus dicit simpliciter: *„τοῦ Μαρίου ἐς Κίρταν ἀφικομένου.“* Sallustius: Marium intendisse proficisci Cirtam.

[4]) ibid. App.: *„Μαρίου ἀφικομένου πρέσβεις παρῆσαν.“* Sall.: post diem quintum legati veniunt.

post Marium urbem intrasse suspicemur? Tertio et quarto loco Kuyperus[1]) non videt, quomodo cohaereat, quod apud Sallustium Sulla, tum Bocchus, apud Appianum Bocchus, tum Manlius orationes habeant, neque ullam invenit rationem, cur Sullae Manliique verba plane diversa sint. O singularem illum caecumque casum, quo factum sit, ut apud utrumque scriptorem Bocchus easdem sententias iisdem verbis aperiret! Nonne vides alterum ab altero suppleri? Primus Sulla, cuius facundiae, non aetati a Manlio concessum, loquitur. Ad ea Bocchus pauca verba facit, quae Manlius refellere studet. Neque enim fieri poterat, ut Sulla iterum disputaret, nisi vero Manlius quasi mutam personam sustinere concupivit. Manet de omnibus differentiis una, quam Kuyperus quintam attulit: legati Bocchi apud Appianum ad solum Marium ire iubentur, apud Sallustium ad Marium ac deinde, si placeat, Romam. At — ne dicam nullum esse argumentum e silentio petitum — quid valet haec una diversitas contra tot similitudines apud eum scriptorem, quem licentius fontibus usum esse nemo neget?

Quin etiam augenda sunt exempla atque ita, ut Plutarchi quoque expositionem ex eodem fonte manasse affirmetur, id quod propter id ipsum verisimile est, quod Appianus cum Sallustio consentit, quem Plutarchi simillimum esse iam supra demonstravimus. Proinde conferas haec:

App. Num. fr. 5.	Sall. B. J. c. 103, 4	Plut. Sull. c. 3.
Λῃστευθέντας δ᾽ ἐν ὁδῷ τοὺς πρέσβεις τούσδε ὁ Σύλλας ὑπεδέξατο καὶ ξενίζει, μέχρι Μάριον ἀπὸ Γαιτούλων ἐπανελθεῖν.	legati in itinere a Gaetulis latronibus circumventi spoliatique, pavidi sine decore ad Sullam perfugiunt. Eos ille .... adcurate ac liberaliter habuit. Quare barbari ..... Sullam ob munificentiam in sese amicum rati ...	*Πρεσβευτὰς γαρ αὐτοῦ λῃστήριον Νομαδικὸν ἐκφυγόντας ὑποδεξάμενος καὶ φιλοφρονηθεὶς δῶρα καὶ πομπὴν ἀσφαλῆ παρασχὼν ἀπέστειλεν.*

[1]) p. 14.

Neque vero Livii est obliviscendum, a quo priorem Bocchi legationem eundem in modum atque a Sallustio Appianoque narratam esse ex Cass. Dion. frgt. 89, 5 elucet:

Ὅτι τῆς Κίρτας καθ' ὁμολογίαν ἁλούσης ὁ Βόκχος ἐπεκηρυκεύσατο τῷ Μαρίῳ καὶ τὰ μὲν πρῶτα τὴν τοῦ Ἰουγούρθου ἀρχὴν μισθὸν τῆς μεταστάσεως ᾔτει.	Sall. B. J, c. 102, 13 Numidiae partem, unde vi Jugurtham expulerit, iure belli suam factam.	App. Num. fr. 4 *γῆν γὰρ ἣν αὐτὶς Ἰογόρθαν ἀφείλετο πρὸς Μαρίου νῦν ἀφῃρῆσθαι.*

d. Deinde iis verbis, quae apud Cassium Dionem sequuntur (*ἔπειτα μὴ τυχὼν αὐτῆς ἁπλῶς ἠξίωσε συμβῆναι*), secundae Bocchi legationis summa leviter significatur, atque iis ipsis verbis ad Diodorum reducimur, a quo digressi sumus; simulque, quatenus Appianus, Sallustius, Diodorus, Livius, Plutarchus inter se consentiant, quaerendum est.

App. Num. fr. 5	Sall. B. J. c. 103	Diod. fr. 39	Cass. Dion. fr. 89, 5
Ὅτι ὁ Βόκχος ἑτέρους ἔπεμψε πρέσβεις,	c. 103, 2 Tum rursus Bocchus ex omni copia necessariorum quinque delegit.	*πρέσβεις ἔπεμψε*	
οἳ Μαρίου μὲν ἔμελλον	c. 103, 2 Eos ad Marium ac deinde, si placeat, Romam legatos ire iubet,	*πρὸς τὸν Μάριον*	
περὶ εἰρήνης δεήσεσθαι,	agundarum rerum et quocumque modo belli conponundi licentiam ipsis permittit.		*ἔπειτα μὴ τυχὼν αὐτῆς ἁπλῶς ἠξίωσε συμβῆναι.*
Σύλλα δὲ ἵνα συμπράξειεν ἐς τὰς διαλύσεις.	c. 103, 7 simul ab eo (Sulla) petunt uti fautor consultorque sibi adsit.		

Λῃστευθέντας δ' ἐν ἱδῷ cf. p. 21	c. 103, 4 in itinere a Gaetulis latronibus circumventi cf. p. 21		Plut. Sull. c. 3. *πρεσβευτὰς γαρ αὐτοῖ λῃστήριον Νομαδικὸν ἐκφυγόντας* cf. p. 21.
	c. 104, 4 Romae legatis eius, postquam errasse regem et Jugurthae scelere lapsum deprecati sunt, amicitiam et foedus petentibus etc.	*περὶ μὲν τῶν ἡμαρτημένων αἰτούμενος συγγνώμην, ἀξιῶν δὲ φιλίαν συνθέσθαι*	
	c. 103, 7 copias, fidem, magnitudinem regis sui et alia, quae aut utilia, aut benivolentiae esse credebant, oratione tollunt.	*καὶ πολλα κατεπαγγελλίμενος χρήσιμος ἔσεσθαι Ῥωμαίοις.*	
	c. 104, 2 legatis potestas Romam eundi fit ab consule.	*τοῦ δὲ Μαρίου κελεύσαντος περὶ τούτων πρεσβεύειν πρὸς τὴν σύγκλητον,*	
		ὁ μὲν βασιλεὺς ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν Ῥώμην πρεσβευτὰς περὶ τούτων,	Cass. Dion. l. l. *καὶ ο μὲν πρέσβεις ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψεν,*
	c. 104, 5 (legatis a senatu) hoc modo respondetur: . . . . . foedus et amicitia dabuntur, cum meruerit.	*ἡ δὲ σύγκλητος αὐτοῖς ἀπόκρισιν ἔδωκεν ἁπάντων τεύξεσθαι τῶν φιλανθρώπων τὸν Βόκχον, ἐὰν Μάριον πείσῃ.*	

c. 103, 1 Marius proficiscitur in loca sola, obsessum Turrim Regiam, quo Jugurtha perfugas omnis praesidium imposuerat.	ὁ δὲ Ἰουγούρθας τούτων γιγνομένων ἀπεχώρησεν ἐς τὰ ἐρημότατα τῆς ἑαυτοῦ γῆς.

His locis quamquam omnes scriptores ad verba fere concinunt, tamen rerum ipsarum ordo paulo alius est apud Sallustium, paulo alius apud ceteros. Nam Sallustium si audimus, legati a Boccho iubentur ire ad Marium ac deinde Romam; potestate Romam proficiscendi a consule data apud senatum, quae Bocchus velit, exponunt; sed apud Diodorum et Appianum veniunt a Boccho, qui cum solo Mario agant; Mario demum cum senatu colloqui iubente Bocchus legatos Romam mittit. Legati porro a Sulla, ut fautor consultorque sibi adsit, petunt apud Sallustium, postquam ad Sullam perfugerunt, apud Appianum Bocchi mandatum secuti; item regis sui copias, fidem, magnitudinem apud Sallustium coram Sulla oratione tollunt, apud Diodorum coram Mario.

Cassius Dio Diodori et Appiani ordinem rerum accepisse videtur, si modo recte suspicamur Dionis verbis ὁ μὲν Bocchum regem significari.

Sed quomodo haec Sallusti diversitas explicanda sit, postea videbimus; iam reliqua comparemus.

Sall. B. J. c. 105, 1	App. Num. fr. 5	Plut.
Bocchus per litteras a Mario petiverat ut Sullam ad se mitteret, cuius arbitratu de communibus negotiis consuleretur.	Μάριον δ' ἠξίου Σύλλαν οἱ πέμψαι συνελθεῖν ἐς λόγους.	Mar c. 10: μεταπεμπόμενος Λεύκιον Σύλλαν. Sull. c. 3 ἐκάλει τὸν Σύλλαν, δι' ἐκείνου μάλιστα βουλόμενος τὴν σύλληψιν καὶ παράδοσιν τοῦ Ἰογόρθα γενέσθαι ἢ δι' αὐτοῦ.
c 105, 2 Is missus cum praesidio equitum atque peditum, item funditorum Balearium Praeterea iere sagittarii et cohors Paeligna etc.	Καὶ Μάριος μὲν ἔπεμπε τὸν Σύλλαν.	Sull. c. 3: Κοινωσάμενος δὲ τῷ Μαρίῳ καὶ

λαβων στρατιωτας ολίγους ὁ Σύλλας τὸν μέγιστον ὑπέδυ κίνδυνον.

Sall. B. J. c. 108, 1

Ibi cum Boccho Numida quidam Aspar nomine multum et familiariter agebat, praemissus ab Jugurtha, postquam Sullam accitum audierat, orator et subdole speculatum Bocchi consilia.

App. Num. fr. 5

Αψαρα Ἰογόρθα φίλον, ἐν Βόκχου καταλελειμμένον ἐφορᾶν τὰ γιγνόμενα....

Sall. B. J. c. 108, 3

[Sed ego conperior Bocchum] multum cum animo suo volvere solitum, Jugurtham Romanis an illi Sullam traderet.

(c. 113, 1. 3 Maurus adhibitis amicis ac statim inmutata voluntate remotis dicitur secum ipse multum agitavisse)

Plut. Mar. c. 10

ἔσχε μέν τις τροπὴ γνώμης καὶ μετάνοια τὸν βάρβαρον, ἡμέρας τε συχνὰς διηνέχθη τῷ λογισμῷ βουλευόμενος ἢ παραδοῦναι τὸν Ἰουγούρθαν ἢ μηδὲ τὸν Σύλλαν ἀφεῖναι.

Sull. c. 3 *Οὐ μὴν ἀλλὰ ὁ Βόκχος ἀμφοτέρων κύριος γενόμενος καὶ καταστήσας ἑαυτὸν εἰς ἀνάγκην τοῦ παρασπονδῆσαι τὸν ἕτερον, καὶ πολλὰ διενεχθεὶς τῇ γνώμῃ....*

Sall. B. J. c. 111

1. faciundum aliquid, quod illorum (sc. senatus et p. R.) magis quam sua rettulisse videretur, id adeo in promptu esse, quoniam copiam Jugurthae haberet. 2 rex primo negitare 3 denique saepius fatigatus lenitur et ex voluntate Sullae omnia se facturum promittit.

Diod. fr. 39

τοῦ δὲ Μαρίου σπεύδοντος αἰχμάλωτον λαβεῖν Ἰογόρθαν τὸν βασιλέα ὑπακούσας ὁ Βόκχος....

Cass. Dion. fr. 89, 6

Ὅτι ὁ Μάριος πρέσβεις τοῦ Βόκχου κομισάμενος οὐκ ἔφη αὐτῷ συνθήσεσθαι, εἰ μὴ τὸν Ἰουγούρθαν ἔκδοτον παρ' αὐτοῦ λάβοι· ὃ καὶ γέγονεν.

c. 112, 1 at rex postero die Asparem Jugurthae legatum adpellat

καὶ μεταπεμψάμενος τοῦτον (*Ἰογόρθαν*) *ὡς περί τινων κοινῇ*

Plut. Mar. c. 10

φανερῶς μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ παραιτούμενος Μάριον καὶ γράφων ὡς οὐκ

dicitque sibi per Dabarem ex Sulla cognitum posse condicionibus bellum poni.	συμφερόντων διαλεξόμενος.	ἂν ἐκδῷη. App. Num. fr. 5 ἐς μὲν ὑπόκρισιν ἐπ' ἄλλον στρατὸν περιέπεμπεν.

Sall. B. J. c. 113, 4	App. Num. fr. 5	Flor. I, 36, 16
insidias tendit.	ἐνήδρευσαν ὧδε	in insidias deductus.

Sall. B. J. c. 113, 6	Diod. fr. 39	Plut. Mar. c. 10	Liv. Per. libri 66
Jugurtha Sullae vinctus traditur et ab eo ad Marium deductus est.	καὶ δήσας παρέδωκε Λευκίῳ Σύλλᾳ τῷ ταμίᾳ τῷ πρὸς τὴν παράληψιν ἐκπεμφθέντι.	ἐνεχείρισε τῷ Σύλλᾳ ζῶντα τὸν Ἰουγούρθαν. Sull c. 3 παρέδωκε τῷ Σύλλᾳ τὸν Ἰογόρθαν.	vinctus ab eo et Mario traditus est; in qua re praecipua opera L. Corneli Syllae quaestoris C. Mari fuit.

Eutrop. 4,27:

(Marius) bello terminum posuit capto Iugurtha per quaestorem suum Cornelium Syllam, ingentem virum, tradente Boccho Iugurtham.

Val. Max. VI, 9,6:

eiusdem (Sullae) virtus catenas Iugurthae manibus iniecit.

Diod. fr. 39	Flor. I, 36, 16	Oros. 5, 15
τῇ δὲ τούτου συμφορᾷ τὴν ἰδίαν σωτηρίαν πορισάμενος διελύθη τῆς παρὰ τῶν Ῥωμαίων τιμωρίας.	(Bocchus) ubi diffisus rebus suis alienae cladis accessio fieri timet, pretium foederis atque amicitiae regem facit.	Ex eo Bocchus spem belli abiciens, pacem petivit atque in pretium pacis Jugurtham dolo captum catenisque obrutum per Syllam legatum (!) misit ad Marium.

Non fugiet te aptissime omnes, quos laudavi, scriptores inter sese cohaerere. Nam quod Plut. Sull. c. 3 Sulla ipse se profecturum esse cum Mario communicat paucisque secum ductis militibus summum adit periculum, cum apud Sallustium a Mario

missus cum praesidio militum haud ita exiguo ad Bocchum perveniat, hoc ex eodem vitarum scriptoris consilio explicandum est, de quo iam p. 15 diximus.

Reliquum est, ut de Diodori fragmento 35 a et Appiani fragmentis 1—3 agamus.

Diodori fragmentum et Appiani fragmentum primum si cum Sallustio et Livio conferimus, ne hoc quidem loco scriptorum verba dissident.

Sall. B. J. c. 35	Diod. fr. 35a	Liv. Per libri 64	App. Num. fr. 1
1 Erat ea tempestate Romae Numida quidam nomine Massiva, Gulussae filius, Masinissae nepos. 2. Huic Sp. Albinus persuadet, quoniam ex stirpe Masinissae sit Jugurthamque ob scelera invi-	Ὅτι ἧκεν εἰς τὴν Ῥώμην ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ γένους ὑπάρχων Ἰογόρθας ἕτερος,	Jugurtha Romam venit et propter caedem admissam in regulum quendam nomine Massivam,	
dia (cf. Liv.) cum metu urgeat, regnum Numidiae ab senatu petat.	ἀντιποιούμενος τῆς Νομαδικῆς βασιλείας.	qui regnum eius populo Romano invisi adfectabat,	
4. Quae postquam Massiva agitare coepit	Εὐδοκιμοῦντος δὲ αὐτοῦ καθ' ὑπερβολήν,		
(Jugurtha) Bomilcari imperat, pretio insidiatores Massivae paret. 6. unus ex eo numero, qui ad caedem parati erant, Massivam . . . obtruncat.	ὁ Ἰογόρθας μισθωσάμενός τινας σφαγεῖς τοῦτον μὲν ἐδολοφόνησεν,		

7. Fit reus magis ex aequo bonoque quam ex iure gentium Bomilcar.			οτι Βομίλχας κατηγορούμενος
9. (Jugurtha) clam in Numidiam Bomilcarem dimittit.			ἔφυγε προ δίκης,
Et ipse paucis diebus eodem profectus est, iussus a senatu Italia decedere.	αὐτὸς δὲ οὐδενὸς κωλύοντος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν βασιλείαν.	cum periclitaretur causam capitis dicere, clam profugit	καὶ Ἰογόρθας σὺν αὐτῷ,
10. Sed postquam Roma egressus est,		et cedens urbe	
fertur saepe eo tacitus respiciens postremo		fertur	τοῦτο δὴ τὸ περιφερόμενον ἐς τοὺς δωροδοκοῦντας εἰπών, ὅτι
dixisse urbem venalem et mature perituram, si emptorem invenerit.		dixisse ,o urbem venalem et cito perituram, si emptorem invenerit.‘	Ῥωμαίων ἡ πόλις ἐστὶν ὠνία πᾶσα, εἴ τις ὠνητὴς αὐτῆς εὑρεθείη.

Oros. V, 15,5: Praeterea cum Romam ipse venisset, omnibus pecunia aut corruptis aut attemptatis seditiones dissensionesque permiscuit; quam, cum egrederetur, infami satis notavit elogio dicens: ,o urbem venalem et mature perituram, si emptorem invenerit!‘

Flor. I, 36,18: Sed ille quoque, quamvis victus atque vinctus, vidit urbem, quam venalem et quandoque perituram, si habuisset emptorem frustra cecinerat.

Negaveram his locis scriptorum verba dissidere. Nam quod regulo apud ceteros Massivae nomen est, apud solum Diodorum Iugurthae, hanc discrepantiam haud scio an recte iudicaverim ita ortam esse, ut Posidonius ipse quidem, postquam Massivam

nominavit, illum, quippe qui regnum appeteret, alterum Iugurtham appellaverit, compilator autem vel excerptor seu per stultitiam seu per neglegentiam nomen proprium omiserit. Neque ad vivum est resecandum, quod Appianus dicit Iugurtham una cum Bomilcare fugisse, quoniam etiam hoc ad excerptorem brevitatis studiosum referendum esse existimo.

Deinde secundum Appiani fragmentum optime quadrat ad Sall. B. I. c. 44 et Eutrop. 4,27.

App.

ὅτι Μέτελλος ἀνεζεύγνυεν εἰς Λιβύην τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις αἰτίαν ἔχων παρὰ τῷ στρατῷ βραδύτητος ἐς τοὺς πολεμίους καὶ ἐπὶ σφίσιν ὠμότητος· σφόδρα γὰρ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐκόλαζεν.

Eutrop.

Tertio missus Q. Caecilius Metellus consul. Is exercitum ingenti severitate et moderatione correctum, cum nihil in quemquam cruentum faceret, ad disciplinam Romanam reduxit.

Sall.

Statuit Metellus, quamquam et aestivorum tempus comitiorum mora imminuerat et exspectatione eventus civium animos intentos putabat, non prius bellum attingere, quam maiorum disciplina milites laborare coegisset.

Postremo Appiani tertii fragmenti priorem partem iam p. 11 sq. cum Plutarcho et Sallustio iuxta composuimus; posteriorem partem a Sallustianis verbis non abhorrere docemur Sall. B. I. c. 38,6 et 62,6.

App. Num. 3

Θρᾷκας δὲ καὶ Λίγυας αὐτομόλους λαβὼν παρὰ Ἰογόρθα, [τῶν μὲν τας χεῖρας ἀπέτεμνε, τοὺς δὲ ἐς τὴν γῆν μέχρι γαστρὸς κατώρυσσε, καὶ περιτοξεύων ἢ ἐσακοντίζων ἔτι ἐμπνέουσι πῦρ ὑπετίθει.]

Sall. B. J.

c. 38, 6 cohors una Ligurum cum duabus turmis Thracum et paucis gregariis militibus transiere ad regem. c. 62, 6 iubet omnis perfugas vinctos adduci. Eorum magna pars, uti iussum erat, adducti.

---

§ 4.

Hoc loco paulum subsistamus et quae huc usque exposuerimus, mente complectamur.

Quoniam inter Plut. Mar. c. 7 extr. — c. 10, Sull. c. 3, Livium, Sall. B. I. c. 63—86 maximam similitudinem intercedere videramus, eosdem scriptores cum Diodori fragmentis librorum 34 et 35 et Appiani libri Numidici reliquiis contulimus atque haec invenimus:

1.

Sall. c. 5	= Diod.			(p. 19—20)
c. 21—26	= Diod.			(p. 16—18)
c. 35	= Diod.	= App.	= Liv.	(p. 27—29)
c. 38, 6		= App.		p. 29)
c. 44		= App.	= Liv.	p. 29)
c. 62, 6		= App.		(p. 29)
c. 64, c. 65	= Diod.		= Plut.	(p. 14—16)
c. 66 69		= App.	= Plut.	(p. 11—12)

2.

Sall. c. 102		= App.	= Liv.		(p. 20—22)
c. 103, 1			= Liv.		(p. 24)
—, 2, 3	= Diod.	= App.	= Liv.		(p. 22)
—, 4, 5		= App.		= Plut.	(p. 21)
—, 7	= Diod.	= App.			(p. 23)
c. 104, 2	= Diod.		= Liv.		(p. 23)
—, 4, 5	= Diod.				(p. 23)
c. 105, 1, 2		= App.		= Plut.	(p. 24)
c. 108, 1		= App.			(p. 25)
c. 108, 3				= Plut.	(p. 25)
c. 111	= Diod.		= Liv.		(p. 25)
c. 112, 1	= Diod.	= App.		= Plut.	(p. 25)
c. 113, 4		= App.	= Liv.		(p. 26)
—, 6	= Diod.		= Liv.	= Plut.	(p. 26)
—	= Diod.		= Liv.		(p. 26)

1. Quod ad eas res pertinet, quae Sallusti capitibus 1—86 narrantur, omnes scriptores optime congruunt; differentiarum tenuitates siquae adsunt ex uniuscuiusque consilio scribendi explicavimus.

2. Difficilius est de Sallusti capitibus 102—113 iudicium ferre. Nam quamquam omnes auctores ad verba quidem concinunt, tamen Sallustium nonnullis in rebus a Diodoro, Appiano, Livio dissentire p. 24 animadvertimus; ad quae addiderim apud Sallustium Manlii orationem, apud Appianum Sullae omissam esse — id quod Kuyperus p. 14, nos p. 21 adumbravimus.

Iam quomodo hae Sallusti diversitates factae sint, indagandum est. Suo iure Vitellius p. 389—392 Sullae commentarios a Sallustio c. 105—113 adhibitos esse contendit; cuius argumenta ita augere velim, ut etiam c. 102—104 Sullana origo pateat.[1]) Ac primum quidem c. 102 Sulla orationem supervacaneam et inanem habet contra morem ac consuetudinem ('qui quamquam acciti ibant, tamen placuit verba apud regem facere' etc.); quam orationem nunquam habitam mihi persuasi et ad praedicandam suam laudem a Sulla in commentariis fictam esse — id quod saepius fecit. Deinde c. 104,2' interea indutiae postulabantur. Ea Sullae et plerisque placuere, pauci ferocius decernunt, scilicet ignari rerum humanarum' Sullae ipsius sententia expressis verbis declaratur, aliorum sententias ex ignorantia rerum humanarum ortas esse additur. C. 105,2 numerus et genera militum cum Sulla custodiae causa missorum adeo accurate nominantur, ut ex ducis cuiusdam commentariis sumpta esse videantur. Postremo his ipsis capitibus nonnulla inveniuntur,

---

[1]) Wirzius in editione Jacobsii (Berolini 1886) haec annotat: c. 102, 3 „Aus verschiedenen Anzeichen ergiebt sich, dass von hier ab vornehmlich Sullas commentarii rerum gestarum als Quelle benutzt sind.“ c. 102, 15 „Die Erzählung ist hier und im Folgenden, soweit nicht Sulla im Vordergrund und die Hauptperson ist, ganz summarisch, dann aber um so eingehender und anschaulicher.“ c, 103, 5 „uti meriti erant: der Satz giebt nicht das Urteil des Geschichtsschreibers wieder, sondern rechtfertigt vom Standpunkte Sullas aus dessen Verfahren, das auch getadelt werden könnte, indem er sich mit Leuten, die ebenso gut Abenteurer oder Spione sein konnten, soweit eingelassen habe.“

quae aliena sunt a consuetudine sermonis Sallustiani: c. 102,5 pessumo omnium; c. 103,3 quocumque modo; 103,7 Sulla omnia pollicito; c. 106,2 uti profugeret, rogat; c. 107,1 paucis bene pugnatum; c. 110,8 haud repulsus.[1])

Itaque Sallustius inde ab eo momento, quo Sulla primas partes agere incipit, eum auctorem, quem ceteri sequi pergunt, non iam adhibet et ipsius Sullae commentarios adit. Et cur desinit uti Posidonio? Quia ipse Posidonius Sullae commentarios in usum vocavit. Nam quod Vitellius p. 361 paucis illis Plutarchi frustulis ad Sullae legationem pertinentibus infitiatus est vestigia commentariorum inesse, quod idem p. 391 n. 2 Plutarchi narrationem prorsus diversam esse a Sallustiana opinatur, eum fugit eundem Plutarchum in eodem capite decimo idem Sullanae originis indicium praebere, quod ipse p. 390—392 optime agnovit: Bocchum inde ab initio incertum esse, quid consilii capiat. (Conf. huius dissertationis p. 25, ut ceteras similitudines silentio praetermittam.)

Iam ut rem ad finem perducamus, nondum huc usque Vell. Pat. II, 11,2 et Cic. de off. III, 20,79 laudavimus.

Etiam Velleium Paterculum vel eius auctorem constat ex Posidonio sua hausisse propterea quod maxima inter illum et inter Sallustium, Livium, Plutarchum est similitudo.

Vell. Pat. II, 11,2	Sall. B. J. c. 64, 5	Liv.	Cic. de off. III, 20, 79
Hic per publicanos aliosque in Africa negotiantis criminatus Metelli lentitudinem, trahentis iam in tertium annum bellum et naturalem nobilitatis superbiam morandique in	apud negotiatores, quorum magna multitudo Uticae erat, criminose simul et magnifice de bello loqui: — — ab imperatore consulto trahi, quod homo inanis et regiae super-		C. Marius, cum a spe consulatus longe abesset et iam septimum annum post praeturam iaceret neque petiturus unquam consulatum videretur, Q. Metellum, cuius legatus erat, summum

[1]) cf. Wirz. l. l.

imperiis cupiditatem effecit, ut, cum commeatu petito Romam venisset, consul crearetur bellique paene patrati a Metello, qui bis Jugurtham acie fuderat, summa committeretur sibi. Metelli tamen et triumphus fuit clarissimus et meritum ex virtute ei cognomen Numidici inditum.

biae imperio nimis gauderet.

c. 82, 3 cf. p. 11 Plut. Mar. c. 10, cf. p. 11.

c. 88, 1 Metellus interea Romam profectus contra spem suam laetissumis animis excipitur, plebi patribusque, postquam invidia decesserat, iuxta carus.

Eutr. 4, 27 et cum iam finem bello positurus esset, successum est ei a C. Mario.

Liv. Per. 65: Metellus duobus proeliis Jugurtham fudit.

Eutr. 4, 27: et duo triumphi de Jugurtha, primus per Metellum, secundus per Marium acti sunt.

virum et civem, cum ab eo, imperatore suo, Romam missus esset, apud populum Romanum criminatus est bellum illum ducere, si se consulem fecissent, brevi tempore aut vivum aut mortuum Jugurtham se in potestatem populi Romani redacturum.[1]) Itaque factus est ille quidem consul, sed a fide iustitiaque discessit, qui optimum et gravissimum civem, cuius legatus et a quo missus esset, in invidiam falso crimine adduxerit.

[1]) cf. Plut. c. 8; Sall. B. J. c. 65, 3 (huius diss. p. 10.)

Si Cic. de off. III, 20, 79 et Sall. B. I. c. 64,5 et 65,3 nec non Plut. Mar. c. 8 extr. comparaveris, te non fugiet Ciceronem, quamquam in ceteris Sallustii et Plutarchi similem, tamen ab iis ita esse diversum, ut Marius Metelli quidem mandatu Romae adesse videatur. Quae utrum Cicero ex alio quodam fonte sumpserit an e Posidonio, in medio relinquo. Cogitaveris vero aliqua verisimili ratione Posidonii verba idcirco a Cicerone mutata esse, quo firmiore argumento illud 'cum permagna praemia sunt, est causa peccandi' demonstraret.

Postremo Marium solum imperatorem idoneum, qui cum Gallis pugnaret, a Posidonio ductum esse, coniciendum est his locis collatis:

Plut. Mar. c. 11: ἅμα τῷ πρῶτον ἐν χρείᾳ μεγάλου στρατηγοῦ γενέσθαι καὶ περισκέψασθαι τὴν πόλιν, ᾧ χρωμένη κυβερνήτῃ διαφεύξεται κλύδωνα πολέμου τοσοῦτον, οὐδενὸς ἀνασχομένου τῶν ἀπὸ γένους μεγάλων ἢ πλουσίων οἴκων ἐπὶ τὰς ὑπατικὰς κατιόντων ἀρχαιρεσίας, ἀλλ' ἀπόντα τὸν Μάριον ἀναγορευσάντων.

Vell. Pat. II,12: populus Romanus non alium repellendis tantis hostibus magis idoneum imperatorem quam Marium est ratus. Flor. I, 38,5: actum erat, nisi Marius illi saeculo contigisset. Sall. B. I. c. 114: Et ea tempestate spes atque opes civitatis in illo (sc. Mario) sitae.

Proinde summam eorum, quae prima hac parte demonstravisse nobis videmur, ita faciamus: Sallustius B. I. c. 1—86 (c. 114) Posidonii historiis pro fundamento usus est, c. 102—113 ipsius Sullae commentarios exscripsit. Porro summa librorum 64—66 a Livio debetur Posidonio; Velleius II, 11,12 et Appiani liber Numidicus ex eodem auctore fluxerunt, Plutarchi Mar. c. 7—10, Sull. c. 3 Posidonio attribuenda sunt.

Hac ipsa sententia Klebsium et Vitellium errasse perspicuum est; nam si Plutarcho inter Latinum quendam scriptorem et Graecum, qui eadem referrent, optio erat, num opinaris illum Latino auctore uti maluisse quam Graeco? Neque est, cur miremur, quod Livius Posidonii historias evolverit, quippe quibus Polybii libri continuarentur. Sallusti porro, utpote qui causam popularem suscepisset, quam maxime intererat Marium, ut hominem vere popularem, in caelum ferre, nobilium mores deperditos, ubicunque posset, castigare: itaque auctor ei quaerendus erat, qui incorruptam rerum fidem servare contenderet, atque Posidonio aptiorem quemquam reperire non poterat. Nam Posidonium, quamquam ab optimatibus stantem, tamen rei publicae vitia perspecta habuisse recte docuit Ed. Meyerus.[1]) Quid igitur mirum, si philosophus Rhodius Mari virtutem bellicam

[1]) Ed. Meyer, *Unters. z. Geschichte der Gracchen*, Halle 1894, p. 7 sq.

sincere collaudat, nobilium mollitiem ingenue reprehendit? Idem Metelli illud dictum refert, idem non tam Metelli et Mari, quam nobilitatis et plebis fuisse certamen confitetur, idem Sullam hominem ambitiosum depingit. Sed quamquam ex his elucet Posidonium operam dedisse, ut sine ira ac studio in historia scribenda versaretur, tamen P. Rutilio, Metelli legato, quem ex Plut. Mar. c. 28 *ἰδίᾳ Μαρίῳ προσκεκρουκότα* comperimus, familiariter utebatur, tamen Sullae commentarios legerat. Res videlicet ipsas, quae ante Sullae legationem factae sunt, e Sulla depromere non potuit; iure enim Klebsius p. 49 haec monuit: ‚Admodum dubitandum est, num ea, quae c. 8. 9. continentur, cum solummodo ad Marium spectent, Sulla in commentariis rerum suarum commemoraverit'; sed eum crimina ab optimatibus in Marium dicta non plane evitasse e depravata illa Turpilii fabula apparet. Contra apud Plutarchum de Marii ingenio moribusque cum odio aliquo exponitur: hi sunt colores, quibus adducti Kienius et Peterus e Sullae commentariis verba Plutarchi manasse suspicati sunt. Non dico illud *δημαγωγῶν*, quo verbo res in ipso fonte scriptas breviter comprehendi mihi quidem constat, non partes a Mario in condemnando Turpilio actas; sed illud *ἄπορον καὶ δοῦλον*, quod a Posidonio non traditum esse e Livii et Sallusti consensu dilucet,[1] illud *καὶ περιῆλθέ τις νέμεσις*, miram atque ridiculam illam Albini et Bestiae misericordiam, quas ineptias a Posidonio narratas esse cave putaveris. Quae cum ita sint, facere non possumus, quin Plutarchum ipsum propter indignationem Marii Metelli benefacta maleficiis pensantis[2]) optimatium causam studio secutum esse coniciamus et historiae fidem mutasse (*καὶ δοῦλον*).[3])

---

[1]) Sed cf. h. p. n. 3.

[2]) Cf. Plut. Mar. c. 10: *ἥκει Μάριος ἐπὶ τὸν στέφανον καὶ τὸν θρίαμβον ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀχαριστίας ηὐξημένος*. Ibid. c. 28 med.: *μάλιστα δὲ ὀρρωδῶν τὸν Μέτελλον ἠχαριστημένον ὑπ᾽ αὐτοῦ*.

[3]) Vitelli priorem explicationem (p. 359) accipere non possumus, quoniam Plutarchus Posidonium exscribit; itaque fieri non poterat, ut e latino in graecum transferret; posteriori interpretationi fortasse veri aliquid inest: O anche con la parola *δοῦλοι* volle alludere, come aveva già fatto Filippo V di Macedonia nella lettera ai Larissei, ai libertini. Quae si ita sint, Plutarchus Posidonii verba simpliciter reddidit. Latini autem scriptores Graecorum illum usum haud ignorantes de servis nihil tradiderunt. At qui fit, ut nec Livius nec Sallustius de libertinis sacramento adactis quidquam acceperint?

Ceterum operae pretium est ex comparatione Sallusti et Plutarchi cernere, qua arte Sallustius, ut Marii culpam atque spiritus e causis rerum et consecutionibus explicaret, ordinem rerum mutaverit.

Apud Plutarchum enim Marius propter virtutem et humanitatem benevolentiam militum adeptus apud eos, qui in castris sunt, populariter agit, Romam scribant, nisi Marius consul ad id bellum missus sit, nullum fore finem belli. Metellus haec ipsa graviter ferens, capitali odio dissidet a Mario, postquam Turpilius contra ius fasque necatus est; Mario missionem consulatus petendi gratia postulanti illudit; tandem fatigantem de profectione domum dimittit. Uticae Mario per hostias dis supplicanti magna atque mirabilia portendi haruspex dicit. Romae consul factus milites scribit, nobiles orationibus suis laedit, in Africam proficiscitur.

Apud Sallustium vero Mario forte Uticae per hostias dis supplicanti magna atque mirabilia portendi haruspex dicit, proinde quae animo agitabat, fretus dis ageret, cuncta prospere eventura. (c. 63,1.) At illum iam antea consulatus ingens cupido exagitabat. (c. 63,2). Igitur ubi Marius haruspicis dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur, ab Metello petundi gratia missionem rogat. (c. 64,1). Ac postea saepius eadem postulanti Metellus illudit. (c. 64,4). Tum demum Marius apud eos, qui in castris sunt, populariter agit (c. 64,5), Romam scribant, nisi Marius ad id bellum consul missus sit, nullum fore finem belli. (c. 65,4). In Turpilio damnando Mari nulla fit mentio. (c. 66—69). Tandem Metellus Marium fatigantem de profectione domum dimittit; Marius Romae consul factus milites scribit, nobiles orationibus suis laedit, in Africam proficiscitur.

II.

Quos fontes Plutarchus in Mari capitibus inde a primo usque ad sextum, in Sullae capitibus primo et secundo adhibuerit.

Quoniam certa quaedam argumentandi fundamenta posuimus, quos fontes Plutarchus in Mari capitibus inde a primo usque ad sextum, in Sullae capitibus primo et secundo adhibuerit, eruamus.

§ 1.

Ac **Mari caput primum** e Posidonio oriundum esse cum viri docti iam diu ex ipsius Plutarchi verbis intellexerint, tum Posidonium initio historiarum suarum de Romanorum nominibus propriis fusius disputasse ostendit Bauerus.[1] Sed tantum abest, ut Plutarchus verbum pro verbo reddiderit, ut Posidonium refellere conatus sit. Quamquam illum male pugnasse quis non sentit? Mommseni enim quaestionibus Romanis[2] demonstratum est praenomen re vera fuisse nomen proprium, ut Posidonii *ὄνομα κύριον* convertam, cognomen nil nisi appositum vel, ut

---

[1]) Ad. Bauer, *Poseidonios und Plutarch über röm. Eigennamen,* in Philol. Nov. Ser. vol. I (1889) p. 242.

[2]) Theod. Mommsen, *Röm. Forschungen,* Berlin 1864, vol. I p. 4 et 43.

Posidonius ait, *ἐπίθετον*. Ceterum hoc loco Bauero is error eripiendus est, quo ductus p. 245 l. 9 extremum caput sic interpretatus est: ‚dazu gäbe Ungewöhnliches häufig Veranlassung'. Neque enim Plutarchus, quid Posidonius dixerit, refert, sed sua ipse verba scribit — id quod iam Arnoldius[1]) recte explicavit. Itaque sic vertas: ‚Atque contra hanc Posidonii sententiam multa praebentur argumenta consuetudinis inaequabilitate'.

Mari caput secundum Muellenhoffius[2]) attribuit Posidonio, qui non solum, quantopere cuique litterae Graecae cordi essent, quaesiverit, sed etiam aliorum dicta orationi suae interponere solitus sit. At merito Bauerus l. l. p. 268 n. 36 illius argumenta confutavit, ad cuius verba ego haec addiderim: Xenocratis nomen cum in Posidonii de philosophia libris, quantum perspicimus, ne semel quidem exstet neque in historiis inveniatur, a Plutarcho, ut Academico philosopho, saepissime laudatur.[3]) Maximi autem momenti est, quod eadem de Xenocrate narratiuncula scripta est Coni. praec. c. 28 p. 141 F. Quae cum ita sint, non est dubitandum, quin Plutarchus ipse hoc simili usus sit. Ipsam vero fabellam deprompsit, ut mihi quidem videtur, e Peripateticorum vel Academicorum litteris, e quibus etiam Di. La. IV, 6 fluxisse verisimillimum est.

Plut. Mar. c. 2	Plut. Coni. praec. c. 28	Di. La. IV, 6.
Ξενοκράτει τῷ φιλοσόφῳ σκυθρωποτέρῳ δοκοῦντι τὸ ἦθος εἶναι πολλάκις εἰώθει λέγειν ὁ Πλάτων „Ὦ μακάριε Ξενόκρατες, θῦε ταῖς Χάρισιν.“	*Ὁ Πλάτων τῷ Ξενοκράτει βαρυτέρῳ τὸ ἦθος ὄντι, τἆλλα δὲ καλῷ κἀγαθῷ, παρεκελεύετο θύειν ταῖς Χάρισιν.* Plut., de rect. rat. aud. c. 18: *ὥσπερ ὁ Κλεάνθης καὶ Ξενοκράτης βραδύτεροι δοκοῦντες εἶναι τῶν συσχολαστῶν κτλ.*]	*Σεμνὸς τά τε ἄλλα Ξενοκράτης καὶ σκυθρωπὸς ἀεί, ὥστε αὐτῷ λέγειν συνεχὲς τὸν Πλάτωνα, „Ξενόκρατες, θῦε ταῖς Χάρισιν.“*

1) C. Frankl. Arnold, *Untersuch über Theoph. u Pos.* in Fleckeiseni Annal. suppl. XIII (1884) p. 128.

2) Karl Müllenhoff, *Deutsche Altertumskunde*, Berlin 1887, vol. II, p. 129 sq.

3) cf. *Plut. Mor.* recogn. Bernardakis 1896 vol. VII p. 523 s. v. *Ξενοκράτης*. Rich. Heinze, *Xenokrates*, Leipzig 1892, compluribus locis.

Neque tamen totum caput Plutarcho adiudicandum est, quoniam ipse verbo *λέγεται* confitetur sese fonti cuidam verba sua debere. Quem fontem ut exploremus, haec, quaeso, mecum deliberes: Quod Marius in templi cuiusdam dedicatione in theatrum vix ingressus statim abisse narratur, haec res minor dictu erat, quam ut sermone hominum per multos annos memoriae tradi posset: litteris mandata est a Marii aequali. Cuius vero aequalis magis intererat, utrum Marius Graecis litteris studeret necne, cui praeclarior occasio oblata est quaerendi, quanam de causa litteras Graecas sperneret, quam Posidonio? Nam hic, cum Rhodiorum legatus anno a. Chr. n. octogesimo sexto ineunte Romae adesset, cum Mario collocutus est. Tamen ne putes nos somnia nobis fingere, conferas Sall. B. I. c. 85,32:

Plut.	Sall.
Λέγεται δὲ μήτε γράμματα μαθεῖν Ἑλληνικὰ μήτε γλώττῃ πρὸς μηδὲν Ἑλληνίδι χρῆσθαι τῶν σπουδῆς ἐχομένων, ὡς γελοῖον γράμματα μανθάνειν ὧν οἱ διδάσκαλοι δουλεύοιεν ἑτέροις.	Neque litteras Graecas didici: parum placebat eas discere, quippe quae ad virtutem doctoribus nihil profuerant.

Quo loco allato nos vera dixisse apparet, quoniam Sallustium B. I. c. 84,1; c. 85, 16. 17. 29; c. 86, 2—5 Posidonii vestigia sectatum esse iam supra argumentis confirmavimus.

Capitis tertii Peterus extremam partem cum Val. Max. VIII, 15,7 composuit; nos **capitis quarti initium** adiunximus:

Plut.	Val. Max.
Λέγεται δὲ καὶ πολέμιον ἄνδρα συστὰς καταβαλεῖν ἐν ὄψει τοῦ στρατηγοῦ. Διὸ ταῖς τε ἄλλαις προήγετο τιμαῖς ὑπ' αὐτοῦ, καί ποτε λόγου μετὰ δεῖπνον ἐμπεσόντος ὑπὲρ στρατηγῶν, καὶ τῶν παρόντων ἑνὸς εἴτε ἀληθῶς διαπορήσαντος εἴτε πρὸς ἡδονὴν ἐρομένου τὸν Σκηπίωνα, τίνα δὴ τοιοῦτον ἕξει μετ'	quod, cum apud Numantiam sub eo duce equestria stipendia mereret et forte inter cenam quidam Scipionem interrogasset, si quid illi accidisset, quemnam res publica aeque magnum habitura esset imperatorem, respiciens se [i. e. Marium]

ἐκεῖνον ἡγεμόνα καὶ προστάτην ὁ Ῥωμαίων δῆμος, ὑπερκατακειμένου τοῦ Μαρίου τῇ χειρὶ τὸν ὦμον ἠρέμα πατάξας ὁ Σκηπίων „Τάχα δὲ τοῦτον“ εἶπεν. Οὕτως εὐφυὴς ἦν ὁ μὲν ἐκ μειρακίου φανῆναι μέγας, ὁ δὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὸ τέλος νοῆσαι.

c. 4. *Τὸν δ' οὖν Μάριον ὑπὸ ταύτης λέγεται μάλιστα φωνῆς, ὥσπερ ὑπὸ θείας κληδόνος, ἐπαρθέντα ταῖς ἐλπίσιν ὁρμῆσαι πρὸς τὴν πολιτείαν.*

supra ipsum cubantem 'vel hunc' dixerit.

Quo **augurio** perfectissima virtus maximam orientem virtutem videritne certius an efficacius **accenderit,** perpendi vix potest.

Peterus igitur ex eo, quod caput extremum ad verba iteratum est a Valerio Maximo, aliud quidquam effici posse negat, nisi ut Plutarchus eundem ac Valerius Maximus fontem i. e. Livium usurpaverit. Quid? Censesne fieri non potuisse, ut et Livius et Plutarchus ex eodem auctore haurirent? Iam ut certum quoddam iudicium faciamus, haec Plutarchi verba cum Sall. B. I. c. 63,3 iuxta componas:

Plut.	Sall.
πρὸς μὲν ἀστεῖον καὶ γλαφυρὸν βίον ἀγροικοτέραν, σώφρονα δὲ καὶ ταῖς πάλαι Ῥωμαίων τροφαῖς ἐοικυῖαν.	neque urbanis munditiis sese exercuit: ita inter artis bonas integrum ingenium brevi adolevit.

Quod cum constet Sall. B. I. c. 63,1; c. 64; c. 65 e Posidonio manasse, perspicuum est Plutarchum initio capitis e Posidonio haerere. Porro quoniam capite ineunte Plutarchus cum Sallustio congruit, exeunte cum Livio, qui Posidonium non aliter atque Sallustius et Plutarchus ad res belli Iugurthini exponendas adhibuerit, nisi omnia me fallunt, proxime ad verum accedimus Posidonium Plutarchi et Livii communem fontem etiam hoc loco fuisse censentes. Neque huic sententiae repugnat, quod Sallustius Marium dicit Arpini altum esse, Plutarchus Cereatis Arpinatium; nam Sallustio, quippe qui solum bellum Iugurthinum

scripturus esset, pueritia adulescentiaque Mari in brevi conspectu ponendae erant, Plutarcho, ut vitarum scriptori, pluribus verbis persequendae. Itaque ille summas res attigit, hic singulas res copiosius explicavit.

Capite quarto, si discesseris ab initio, cum nulla ansa praebeatur, unde fontem investigemus, **capite quinto** maxima inter Plutarchum et Val. Max. VI, 9, 14 intercedit similitudo.

Plut.	Val. Max.
Ὕστερον δὲ οὐ πολλῷ στρατηγίαν μετελθὼν ὀλίγον ἐδέησεν ἐκπεσεῖν, ἔσχατος δὲ πάντων ἀναγορευθεὶς δίκην ἔσχε δεκασμοῦ ..... Οὐ μὴν ἀλλὰ ταῖς πρώταις ἡμέραις ἐν τῇ δίκῃ κακῶς πράττων ὁ Μάριος καὶ χαλεποῖς χρώμενος τοῖς δικασταῖς τῇ τελευταίᾳ παραλόγως ἀπέφυγεν ἴσων τῶν ψήφων γενομένων.	praeturae candidatus supremo in loco adhaesit, quem tamen non sine periculo obtinuit: ambitus enim accusatus vix atque aegre absolutionem ab iudicibus impetravit.

Rursus igitur Plutarchus et Livius consentiunt, rursus Posidonii historias ab utroque inspectas esse censendum est, propterea quod Diod. XXXV, 38 verbis *τὰς ὑποδεεστέρας ἀρχὰς μόγις εἰληφώς* demonstratur Posidonium difficultates Mario in petendis honoribus ortas sat cognitas habuisse. Narrationes autem ad Cassium et Herennium pertinentes fabulam et sermonem hominum nimium redolent, quam ut Posidonio eas velim imputare.

Etiam capitis sexti ineuntis fontem Posidonium fuisse verisimile est, quoniam ex Diod. V, 34, 6 7 intellegimus Posidonium cum de Hiberibus scripsisse, tum illorum latrocinia diserte enarrasse. Imprimis quas expeditiones Romani contra latrones paravissent, eum quaesivisse ex his verbis dilucet: *διὸ καὶ Ῥωμαῖοι πολλάκις ἐπ' αὐτοὺς στρατεύσαντες τῆς μὲν πολλῆς καταφρονήσεως ἀπέστησαν αὐτούς, εἰς τέλος δὲ τὰ λῃστήρια καταλῦσαι πολλάκις φιλοτιμηθέντες οὐκ ἠδυνήθησαν.*

Restat, ut de matrimonio cum Iulia inito et de varicibus sectis disseramus. Quod Plin. N. H. XI, 252 Oppium eiusdem constantiae auctorem laudat, Peterus l. l. p. 105** forte

et temere hoc factum esse suspicatur. Sed ne festinantius iudicemus. C. Oppius Caesaris familiaris vitam depinxit; quam vitam quam bene noverit Plutarchus, cum e Caes. c. 17 tum e Pomp. c. 10 discimus. Et in ipsa Caesaris vita describenda Oppio occasio dabatur de Mario agnato loquendi, quem Caesar sibi imitandum proposuisset. Accedit, quod Plutarchus suam Caesaris vitam paulo ante nominavit. Omnino tota narratio in orationis contextum quasi ex improviso irrumpit. Itaque Oppio Plutarchum matrimonii et sectionis memoriam debere verisimillimum est. Ad ipsam vero rei fidem adducimur Cic. Tusc. disp. II, 22, 53 collata, quem locum Peterus non comparavit.

Plut.	Cic.	Plin.
Ἰξιῶν γάρ, ὡς ἔοικε, μεγάλων ἀνάπλεως ἄμφω τὰ σκέλη γεγονὼς καὶ τὴν ἀμορφίαν δυσχεραίνων ἔγνω παρασχεῖν ἑαυτὸν τῷ ἰατρῷ. καὶ παρέσχεν ἄδετος θάτερον σκέλος, οὐδὲν κινηθεὶς οὐδὲ στενάξας, ἀλλὰ καθεστῶτι τῷ προσώπῳ καὶ μετὰ σιωπῆς ὑπερβολάς τινας ἀλγηδόνων ἐν ταῖς τομαῖς ἀνασχόμενος. Τοῦ δ' ἰατροῦ μετιόντος ἐπὶ θάτερον οὐκέτι παρέσχε, φήσας ὁρᾶν τὸ ἐπανόρθωμα τῆς ἀλγηδόνος οὐκ ἄξιον.	C. Marius . . . . cum secaretur, principio vetuit se alligari, nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus . . . Et tamen fuisse acrem morsum doloris idem Marius ostendit; crus enim alterum non praebuit. Ita et tulit dolorem ut vir et ut homo maiorem ferre sine causa necessaria noluit.	Varices in cruribus viro tantum, mulieri raro. C. Marium . . . . stanti sibi extrahi passum unum hominum Oppius auctor est.

Nam cum Ciceronem Oppio familiariter usum esse constet (v. c. cf. Cic. ad Att. IV, 16, 8; ad fam. XI, 29.), per se intellegitur illum huius librum legisse.

§ 2.

Iam dicendum est de Plutarchi **Sullae** capitibus primo et secundo. Atque **primo** quidem **capite** fontis Graeci originem patere sibi persuasit Arnoldius l. l. p. 127, cum Plutarchus mille HS ad nummi Graeci rationem revocasse non sit putandus. Sed cur ita arbitretur, nullam affert causam Arnoldius; sensu igitur non satis dilucido neque expresso ductus iudicium fecit. Ac per hoc quidem ipsum illa sententia cadit.

Tamen ex ipsis Plutarchi vitis evinci potest calculos illos minime abhorrere a Plutarchi ingenio. Nam quoniam Fab. Max. c. 4 artissime concinit cum Liv. XXII, 10, 3[1]), apparet Plutarchum ipsum fontis Latini numeros ad calculos vocavisse.

Plut.	Liv.
Προελθὼν δὲ ὁ δικτάτωρ εἰς τὸν ὄχλον εὔξατο τοῖς θεοῖς ἐνιαυτοῦ μὲν αἰγῶν καὶ συῶν καὶ προβάτων καὶ βοῶν ἐπιγονήν, ὅσην Ἰταλίας ὄρη καὶ πεδία καὶ ποταμοὶ καὶ λειμῶνες εἰς ὥραν ἐσομένην θρέψουσι, καταθύσειν ἅπαντα,	quod ver attulerit ex suillo, ovillo, caprino, bovillo grege quaeque profana erunt, Jovi fieri
θέας δὲ μουσικὰς καὶ θυμελικὰς ἄξειν ἀπὸ σηστερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν ἔτι τριτημορίου προσόντος. Τοῦτο τὸ κεφάλαιόν ἐστιν ὀκτὼ μυριάδες δραχμῶν καὶ δραχμαὶ τρισχίλιαι πεντακόσιαι ὀγδοήκοντα τρεῖς καὶ δύο ὀβολοί.	§ 7. eiusdem rei causa ludi magni voti aeris trecentis triginta tribus milibus trecentis triginta tribus triente.

Ceterum cum in vitarum prooemiis conscribendis poetarum quadam licentia Plutarchum usum esse notum sit, difficillima fontium est quaestio, caveamusque, ne in dumeta correpamus. Neque enim satis firma argumenta afferre possumus, quamquam ex *λίτρα* voce aliquis suspicetur Latinum quendam fontem

[1]) cf. Peter l. l. p. 52.

adhibitum esse, cum libra vox, quod apud Italos usitatum pondus erat, a Graecis *λίτρα* vocabulo significata sit; quae si ita fuerint, Gellius IV, 8, 7; XVII, 21, 39; Liv. Per. 14; Val. Max. II, 9, 4 ex eodem vel simili fonte hauserunt.

Capite secundo Arnoldius l. l. p. 127 sq. carmen illud Atheniensium commemoratum, nomen Sullae explicatum, cetera Posidonio summo iure attribuit. Sed nondum, quae Peterus l. l. p. 60* contra dixit, redarguit. Respondebis illum nil disputasse de capite secundo. Concedo; sed disputavit de c. 36. Cuius capitis si cum alia, tum haec verba comparaveris:

c. 2	c. 36.
Μητροβίου δὲ τῶν ἀπο σκηνῆς τινος ἐρῶν διετέλεσεν ἔτι νέος ὤν.	*Μητρόβιος ὁ λυσιῳδός, οὗ καίπερ ἐξώρου γενομένου διετέλει μέχρι παντὸς ἐρᾶν οὐκ ἀρνούμενος.*

eundem fontem atque secundi capitis confiteberis. Commovebatur nimirum Peterus compar. Sull. c. Lys. c. 3, ubi Sallustius auctor nominatur. Ne ego quidem Sallusti Historias a Plutarcho quam maxime in usum vocatas esse nego, velut Sertorii vitae unum fundamentum sunt Historiae. Sed in illa vita componenda propterea Plutarchus Sallustium adiit, quod Graece de illis temporibus nihil scriptum erat. At in Sullae vita privata enarranda si Posidonius et Sallustius eadem rettulissent, sine ullo dubio Plutarchus Graeco auctore usus est, non Latino. Neque vero ullo Sallustii Historiarum fragmento[1]) comprobari potest Sallustium copiosius de Sullae vita privata egisse, contra, ut ex ipso Plutarcheo loco dilucet, acerbitate quadam et brevitate mores Sullae perditos videtur castigasse. Itaque cum Arnoldio sic existimo Plutarchum in vita privata Sullae exponenda Posidonium secutum esse, in comparatione Lys. c. Sull. Sallustianum modo florem dicendi excerpsisse.

---

[1]) cf Maurenbrecher, *C. Sallusti Crispi Rell.* Lipsiae 1891, p. 28 frgt. 58—60.

III.

De Sullae phthiriasi pauca exponuntur.

Quoniam nobis de Sullae capite secundo disputantibus eiusdem vitae caput tricesimum sextum comparandum fuit, tertia huius libelli parte libenter arripio occasionem de Sullae phthiriasi disserendi, de qua, quamquam multi et ii docti sententias suas dixerunt, neminem huc usque prorsus vere iudicavisse mihi persuaserim.

Sed paulo altius nobis est repetendum. Plut. Sull. c. 34 Sullam discimus, quamvis ob caedes commissas multis invisum, non solum dictatura suapte sponte se abdicasse, sed etiam ad rationem muneris administrati reddendam paratum fuisse; vix autem illum de potestate decessisse, cum Pompeio potissimum auctore M. Lepidus, homo Sullae inimicissimus, consul creatus sit. Quibus in rebus Plutarchus optime consentit cum Appiano[1]), sed ita, ut Appianus de Pompei opera prorsus reticeat, in universum dicat Lepidum a Sullae adversariis in consulatu petendo adiutum esse. Etiam quod Plut. c. 37 Sulla mortem suam per somnum providet, concinit utraque narratio; nam qui diversi argumenti somnia fuisse opinati sunt, valde erraverunt, cum Plutarchus visum Sullae somniantis pluribus describat, Appianus

[1]) B. C. I, c. 103—105; cf. quae apposui paulo infra.

(B. C. I, c. 105) verbis *ὅτι αὐτὸν ὁ δαίμων ἤδη καλοίη* — quaecunque enim species dormientibus offertur, a dis missa est — solum leviter adumbret.

Conferas, quaeso, haec:

Plut. Sull. c. 34 med.

Ουτω δὲ ἄρα οὐ ταῖς πράξεσιν ὡς τοῖς εὐτυχήμασιν ἐπίστευεν, ὥστε παμπόλλων μὲν ἀνῃρημένων ὑπ' αὐτοῦ, καινοτομίας δὲ γενομένης καὶ μεταβολῆς ἐν τῇ πόλει τοσαύτης, ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν καὶ τὸν δῆμον ἀρχαιρεσιῶν ὑπατικῶν ποιῆσαι κύριον, αὐτὸς δὲ μὴ προσελθεῖν, ἀλλ' ἐν ἀγορᾷ τὸ σῶμα παρέχων τοῖς βουλομένοις ὑπεύθυνον ὥσπερ ἰδιώτης ἀναστρέφεσθαι.

App. B. C. I, c. 103

Καί μοι θαῦμα μὲν καὶ τόδε αὐτοῦ καταφαίνεται, τοσήνδε ἀρχὴν πρῶτον ἀνδρῶν καὶ μόνον ἐς τότε Σύλλαν, οὐδενὸς ἐπείγοντος, ἀποθέσθαι .... καὶ παράδοξον, οἷον οὔπω τι ἕτερον, τὸ μὴ δεῖσαι νεότητος ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πλέον μυριάδων δέκα ἀνῃρημένης κτλ. c. 104 *τοσοῦτον ἦν ἐν τῷδε τῷ ἀνδρὶ τόλμης καὶ τύχης, ὅν γέ φασιν ἐπειπεῖν ἐν ἀγορᾷ, τὴν ἀρχὴν ἀποτιθέμενον, ὅτι καὶ λόγον, εἴ τις αἰτοίη, τῶν γεγονότων ὑφέξει, καὶ τὰς ῥάβδους καθελόντα καὶ τοὺς πελέκεας τὴν φρουρὰν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπώσασθαι, καὶ μόνον μετὰ τῶν φίλων ἐς πολὺ ἐν μέσῳ βαδίσαι.*

De ipsa vero morte dicentes dissentiunt: apud Appianum enim Sulla, postquam testamentum, quod per totum diem conscripserat, vesperi obsignavit, aestu et febri iactatus noctu moritur; apud Plutarchum nihil de testamento scriptum videmus, sed Sulla Granii ira vexatus sanguinis eruptione absumitur. Quae quomodo inter se coniungi possint, non video neque puto, si in communi fonte fuissent, quae de Granio narrantur, Appianum haec omissurum fuisse.

Capite deinde 38 rursus Plutarchus cum Appiano congruit, imprimis Plut. Pomp. c. 15 comparato, sed rursus ita, ut apud Plutarchum Pompeius primas partes agat, apud Appianum Catulus vincat.

Plut. Sull. c. 38

ὥρμησαν μὲν οὖν πολλοὶ καὶ συνέστησαν πρὸς Λέπιδον ὡς εἵρξοντες τὸ σῶμα κηδείας τῆς νενομισμένης· Πομπήϊος δέ, καίπερ ἐγκαλῶν τῷ Σύλλᾳ (μόνον γὰρ αὐτὸν ἐν ταῖς διαθήκαις τῶν φίλων παρέλιπε), τοὺς μὲν χάριτι καὶ δεήσει, τοὺς δὲ ἀπειλῇ διακρουσάμενος εἰς Ῥώμην παρέπεμψε τὸ σῶμα, καὶ ταῖς ταφαῖς ἀσφάλειαν ἅμα καὶ τιμὴν παρέσχε.

Plut. Pomp. c. 15

Ἐδήλωσε δὲ μάλιστα Σύλλας, ὅτι πρὸς Πομπήϊον οὐκ εὐμενῶς εἶχε ταῖς διαθήκαις, ἃς ἔγραψεν. Ἑτέροις γὰρ φίλοις δωρεὰς ἀπολιπὼν καὶ τοῦ παιδὸς ἀποδείξας ἐπιτρόπους τὸν Πομπήϊον ὅλως παρῆλθεν. Ἤνεγκε μέντοι τοῦτο μετρίως πάνυ καὶ πολιτικῶς ἐκεῖνος, ὥστε, Λεπίδου καὶ τινων ἄλλων ἐνισταμένων μὴ ταφῆναι τὸν νεκρὸν ἐν τῷ πεδίῳ μηδὲ δημοσίᾳ τὴν ἐκφορὰν γενέσθαι, βοηθῆσαι καὶ παρασχεῖν δόξαν ἅμα ταῖς ταφαῖς καὶ ἀσφάλειαν.

App. B. C. I, c. 105

γίγνεται δ' εὐθὺς ἐν ἄστει στάσις ἐπ' αὐτῷ, τῶν μὲν ἄγειν ἀξιούντων τὸ σῶμα διὰ τῆς Ἰταλίας ἐπὶ πομπῇ, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἐν ἀγορᾷ προτιθέναι καὶ ταφῆς δημοσίας ἀξιοῦν, Λεπίδου δὲ καὶ τῶν ἀμφὶ Λέπιδον ἐνισταμένων. Ἐξενίκα δ' ὁ Κάτλος καὶ οἱ Σύλλειοι ....

Intellegimus inter Appianum et Plutarchum, quamvis magna similitudo intercedat, tamen non deesse diversitates. Quas ut explicemus, ordiendum nobis est a Plut. Sull. c. 38 extremo, quod si verbis Granii Liciniani, qui h. l. Livium secutus est, contuleris, reperies Plutarcheam expositionem Livianae plane respondere.[1]) Porro cum in eodem capite 38, ut Maurenbrecheri verbis utar, Pompeii gratia ac persona admodum urgeantur, Livium, Pompeianus qui dictus est, nos tenere suspicari possumus.

Tum Plutarchus c. 37 quomodo Sulla supremum diem obierit, iisdem verbis atque Valerius Maximus depingit. Quo e consensu Maurenbrecherus l. l. concludit hanc rem ab utroque e Sallustio haustam esse. Quod per se fieri potuisse non infitior, at deliberes haec mecum: Attribuimus Livio Plut. cap. 38, quod cum Appiano iuxta composuimus; initium loci Valeriani

[1]) cf. Maurenbrecher l. l. p. 17.

cum Plut. c. 37 comparavimus; accedit, quod sub finem Valerius congruit cum Appiano:

Val. Max. IX, 3, 8	App. B. C. I, c. 104
nec senio iam prolapsus, utpote sexagesimum ingrediens annum.	ᾧ δυνατὴ μὲν ἔτι ἡ ἡλικία καὶ το σῶμα εὔρωστον c. 105 ἑξήκοντα μὲν ἔτη βιώσας.

Ergo ex ipsa rei natura efficitur, ut Val. Max. IX, 3, 8 et Plut. c. 37 e Livio sumpta sint, praesertim cum etiam Plut. c. 34 propter Pompeii benevolentiam Liviana origo pateat.

Plutarchus igitur c. 34, c. 37, c. 38 exscripsit Livium, qui eundem fontem adhibuit, quem Appianus, sed ita, ut Livius — et hae sunt diversitates supra memoratae fontis verbis non esset addictus, immo ut Pompei amore ductus colores quosdam nescio unde aspergeret, ut mortem Sullae ex alio quodam auctore aliter narraret.

Quodsi Livius pulchrum illum et quietum vitae exitum, quem communis fons praebebat, ex alia cognitione cum vehementi et effrenato illo irae impetu i. e. cum narratione Sullae infesta commutavit, sed idem nihilominus, sicut Appianus, negat Sullam senio prolapsum fuisse, probabilissimum est eum de phthiriasi nihil accepisse.[1])

Itaque neque Appiani et Livii auctor neque Livius quidquam de morbo pediculari Sullae memoriae prodiderunt. Hac sententia Klebsium p. 32 falsum putasse apparet.

Negant multi viri docti Posidonio Sallustiove, ‚gravibus illis scriptoribus', talem notitiam posse deberi, quoniam, quae de phthiriasi narrentur, nihil sint nisi merae nugae ineptiaeque. Nomino Th. Mommsenum,[2]) quem inter alios secuti sunt Ihnius[3]) et Maurenbrecherus.[4]) At enim medici erant adeundi, qui saepius de morbo illo egerunt. Hos libros inspexi:

---

[1]) Ineptit Kuyperus l. l. p. 120, n. 1. qui Mommsenum sibi non constare putat; usus est Mommsenus Valerio Maximo.
[2]) *R. G.* 1865 II[4] p. 382[3]) *R. G.* 1879 V p. 451. [4]) l. l. p. 17.

a. Alt, *de phthiriasi.* Comm. inaug. pathol. Bonnae 1824.

b. Klose, s. v. *phthiriasis* in Erschii et Gruberi Encyclop. Lipsiae 1850.

c. Husemann, ‚*Ein Beitrag zur Lehre der sogen. Phth.*‘ in ‚Zeitschrift der k. k. Gesellschaft der Aerzte zu Wien‘. (Red. Hebra) XII, Wien 1856, p. 497—533.

d. Leon. Landois, ‚*Historisch-kritische Untersuchungen über die Läusesucht*‘ in ‚Zeitschrift für wissenschaftliche Zoologie‘ XIV, Leipzig 1864, p. 27—41.

Ut G. Franci *de phthiriasi, morbo pediculari* libellum a. 1678 Heidelbergae editum adirem, mihi non contigit: sed ex iudiciis, quae viri docti modo commemorati fecerunt, elucet opusculum illud obsolevisse. Alti quoque disputationem Landoisius p. 39 sq. dissolvit, qui speciem pediculi tabescentium Alt. eandem esse atque pediculi vestimenti demonstravit; nec non praetermittimus Klosium, qui Alti speciem sine ulla dubitatione acceperit, qui generationem, quam vocant aequivocam, non contemnat. Melius in re versatus est Husemannus, qui non ille quidem morbum illum inveniri, sed per se ipsum solum oriri negavit. Ex eius opere minus accurate lecto suspicor perversas Mommseni et ceterorum sententias oriundas esse. Optime vero egit Landoisius, qui p. 37 sq. pediculos adeo augeri posse docet, ut homines sanguine multo amisso debilitati moriantur nullo alio morbo addito.

Itaque ne nostri quidem aevi medici esse morbum illum taeterrimum infitiantur, non sunt nugae, quae narrantur, non ineptiae. Atque inde ab Aristotele usque ad hunc diem hic illic homines morbo illo vexatos esse atque vexari viri docti testantur. Quin etiam ipse Posidonius, ‚gravis ille scriptor‘, Eunoum pediculis comesum esse exhibet, siquidem Diodorus res ad bella servilia in Sicilia gesta pertinentes e Posidonio descripsit: Diod. 34, 1. 23 (vol. V p. 92): *καὶ παραδοθεὶς (ὁ Εὔνους) εἰς φυλακήν, καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ διαλυθέντος εἰς φθειρῶν*

πλῆθος, οἰκείως τῆς περὶ αὐτὸν ῥᾳδιουργίας κατέστρεψε τὸν βίον ἐν τῇ Μοργαντίνῃ.

At diversa est quaestio, num Sulla re vera morbo pediculari afflictus fuerit: atque id est denegandum, cum solummodo homines aut immundi aut virium deficientium, quos *καχεκτικοὺς* Graeci nominant, hoc morbo tententur: quarum causarum, quod ad Sullam attinet, utramque intellegis inanem esse — alteram per se ipsam, alteram ex Valerii Maximi ‚nec senio iam prolapsus' collat. App. B. C. I, c. 104 *‚οὐδ' ἀσθενὴς ὢν αὖθις ἐς ὅ τι ὁρμήσειεν· ᾗ δυνατὴ μὲν ἔτι ἡ ἡλικία καὶ τὸ σῶμα εὔρωστον,'* et Plut. Sull. c. 37, qui post Sullam mortuum filiam natam esse affirmat. Eunoum nimirum catenis et sordibus obrutum in carcere phthiriasi perisse Posidonius tradidit; Sullae mortis eandem causam attulisse, utpote gravis scriptor, non est putandus. Atque in phthiriasi urgenda Plutarcho Posidonium non in promptu fuisse ex eo ipso apparet, quod apud Diodorum Eunous Morgantinae, apud Plutarchum Romae de vita migrat.

Proinde quae sentiam, breviter complectar: neque apud Livium neque apud Posidonium phthiriasis Sullae commemoratur; tota fabula ficta esse videtur non tam a Sullae inimicis quam a scriptore quodam, qui rerum memoriam rhetorice ornare gestiret. Rhetorice, inquam, quoniam verbis *πᾶσαν ἐσθῆτα καὶ λουτρὸν καὶ ἀπόνιμμα καὶ σιτίον ἀναπίμπλασθαι τοῦ ῥεύματος ἐκείνου καὶ τῆς φθορᾶς* evincitur eius fabulae inventorem proprias phthiriasis notas nequaquam perspectas habuisse: nam et Aristoteles (H. A. V, 31) et Buxbaumius, Gaulkius, Landoisius (cf. Land. l. l. p. 30—36) morbum illum hoc habere docent, ut ‚tuberculis apertis nullum fere vestigium nec ulla profluentis puris gutta prodeat, sed tantum maxima congeries pediculorum.' Neque vero quis hanc fabulam finxerit, audeo diiudicare, neque qua re permotus scriptor ille ignotus phthiriasim Sullae ingesserit: fortasse fuit Cornelius Nepos, fortasse Fenestella; fortasse veram causam perspexit Ziehenus vol. 57 Philol. p. 189 qui totam rem ex App. B. C. I, c. 101 ingeniose explicabat: certi quidquam statuere non possumus.

Addere possum haec illa de phthiriasi, quae ut remotiora omitto: sat habeo paucis his verbis nonnullorum virorum doctorum sententias partim refutasse, partim correxisse.

Unum addam: Plutarchus admirabili quadam sollertia ea, quae de Sullae phthiriasi et de sanguinis eruptione invenerat, coniunxit, cum c. 37 τὸ ἀπόστημα ῥήξας diceret, quo verbo capitis 36 verba περὶ τὰ σπλάγχνα γεγονὼς ἔμπυος significat.

Tabula argumenti.

Caput I.

§ 1.

§ 2.

§ 3.

§ 4.

Caput II.

§ 1.

§ 2.

Caput III.

VITA.

Fridericus Ernestus Kind Grimae, in oppido Saxoniae, a. d. VIII. Idus Decembres anni MDCCCLXXIV natus sum patre Henrico Mauritio, matre Aemilia Paulina e gente Köhler, quos ambos salvos mihi esse magnopere gaudeo. Fidem profiteor evangelicam.

Litterarum rudimentis in patriae schola civili et progymnasio imbutus, postquam duodecimum aetatis annum excessi, in scholam regiam Sancti Augustini provincialem, quae primum Schnellio (†), tum Bernhardio (†) rectoribus florebat, alumnus receptus sum. Cum omnes praeceptores tum Bernhardium, quem acerbitate fati mihi praereptum esse valde doleo, et Weinholdium, qui nunc gymnasium Fribergense regit, grata mente prosequar. Anno XCIII testimonium maturitatis adeptus in academiam Lipsiensem transmigravi, ubi militis officio absoluto philologiae studiis deditus horum virorum illustrissimorum scholis interfui: Brugmann, Cichorius, Fricke, Heinze, Immisch, Lipsius, Ribbeck (†), Rich. Richter, Schneider, Schreiber, Sievers, Wachsmuth, Wundt.

Fui sodalis ordinarius

proseminarii philologi moderante Immisch per ter senos menses;

seminarii philologi modd. Lipsius, Ribbeck, Wachsmuth per ter senos menses; per semestre spatium senior;

seminarii historici modd. Cichorius et Wachsmuth per bis senos menses;
seminarii paedagogici moderante Richter per idem tempus;
et benignissime admiserunt me ad
societatem historicam Cichorius per semestre spatium;
societatem philologicam Ribbeck per semestria quattuor;
societatem archaeologicam Schneider per bis senos menses;
societatem archaeologicam Schreiber per semestria quinque.

Omnibus his summis viris iustas ac debitas gratias ago; imprimis autem cum Ribbeckium et Schreiberum tum Lipsium et Wachsmuthium studiorum fautores semper pie colam.

